p. 4. principia de theol. in epl[ar]is. fo. 9 / 10
quot regu[m] et magnatu[m] obitus fo. 24
brevi tempore

46

3. a 8.

16

N.º 4
32-128

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 035
Tabla
Número 324

4: principia de theol. in eplis. fo. 9 / 10
quot regu et magnatu obitus
brevi tempore 24

46

3. a 8.

-16-

No. 4
32-128

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 035
Tabla
Número 324

del Collegio dela compa de JHS de granada.

# APOLOGIA

## D. FRIDERICI STAPHYLI,

cuius præcipua argumenta ſunt,

De Vero germanoq; ſcripturæ ſacræ intellectu,

De Sacrorum Bibliorum in idioma vulgare tralatione,

De Luteranorum concionatorum conſenſione.

Iam recens Latinitate donata, opera F. Laurentij Surij Carthuſiani.




*Coloniæ apud Hæredes Iohannis Quentel & Geruinum Calenium, 1561.*

*Cum gratia & Priuilegio Cæſareæ Maieſt. in decennium.*

# MARTINVS LVTE-RVS IN V. PSALMVM.

*HVius hæreticæ actionis fortis ille Samſon cū*
*ſuis vulpibus quoddā exhibuit præludiū,*
Iudic. 15. *vt eſt in Iudicum libro annotatum. Ità enim omne*
*regnum in ſe diuiſum deſoletur neceſſè eſt. Nulli*
*enim vnq̄ hæretici vi vel arte ſuperati ſunt, ſed ſo-*
*la inter ipſos enata diſcordia. Neq; Chriſtus alia*
*ratione confligit cum eis, q̄ vt inter illos exiſtat fa-*
*ctioſus quidam diſſenſionis ſpiritus, vtì inter illos*
Iudie. 9. *Sichimitas, & eos qui turrim Babel ædificârunt:*
Gene. 11. *atq; in nouo Teſtamēto inter Arrianos, Donatiſtas,*
*Pelagianos, & eius generis plures alios. Quin &*
*Iudæi in poſtrema vaſtatione, diſcordiæ ac diſſen-*
*ſionis ergò periêrunt: adeò vt vir ſanctus Hilarius*
*lib. de Trinitate glorietur, bellum hæreticorū inter*
*ipſos, pacē eſſe Eccleſiæ. Ex illorū enim diſcordia,*
*interitus quoq; eorum & perditio conſequitur.*

*Item in breui ſua confeßione de Cœna.*

*HOc ingenio ſunt hæretici omnes, vt initio*
*non niſi ab vno aliquo articulo exordiātur,*
*deindè reliquos ſimul omnes abnegent.*

REVE-

# REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, EIDEMQVE CLARIſSIMO PRINCIPI, D. ROBERTO À BERGIS, EPIſCOPO LEODIEŃ, DVCI BVLLOŃ, COMITI LOſſEŃ &c.

S. P. D.

PRODIIT hoc anno, Antiſtes celeberrime, ac princeps illuſtriſsime, liber quidā editus Germanicè à D. Friderico Staphylo, viro ſanè & inſigniter erudito,



& de

& de Rep. Chriſtiana optimè me-
rito, quique non modò Illuſtriſ-
ſimo Bauarię Duci, ſed etiam Inui-
ctiſsimo & ſemper Auguſto Ro-
manorum Imperatori Ferdinan-
do ſit à conſilijs. Hunc ego librum
cùm mirificè prędicari, atq; omni-
bus viris bonis mirum in modum
probari animaduerterem, ad eum
Latinè transferẽdum me contuli,
vt ad exteras quoquè nationes eius
vſus atque oportunitas peruenire
queat. Eſt eñ reuerà eiuſmodi, vt
ego haud ſciam, an quicquam ma-
iori cum vtilitate hac tempeſtate
legi poſsit, maximè cùm hîc hære-
ticorum ætatis noſtræ doli ac im-
poſturæ tam luculentèr detegan-
tur, vt quiſquis non prorſus emo-
tę mentis eſt, nullo poſsit negocio
animaduertere, cuiuſmodi ſint illi,





qui hodiè orbem Chriſtianum pe-
ſtiferis, & iam olim magna ex par-
te damnatis exploſisque dogmati-
bus exagitare non ceſſant. Omnes
enim illi Euangelij ſanctiſsimo ti-
tulo gloriantur, omnes ſe purum
putum DEI verbum adferre ia-
ctitant, & in Catholicorum malos
mores tam acritèr inuehuntur, vt
multis iampridem perſuaſum ſit,
nihil eos aliud, quàm Eccleſiæ re-
formationem expetere atque mo-
liri. Quod vt imperitis faciliùs per-
ſuaderent, verſuta quadam calli-
ditatę populis id plerique incul-
cârunt, calicem DOMINI contra
eiuſdem Domini præceptum, ſa-
crilega impietate laicis eſſe adem-
ptum. Hac illi ſimulata Religione
ad omnem impietatem aditum ſi-
bi fecerũt, & dum calicem vrgent,

vnitatis Eccleſiaſticæ ſymbolum, populum Chriſtianũ in tot ſectas inter ſe miſerè diſſectas diſtraxerunt, vt iam nemo ſit, qui huic calamitati facilè exitum vllum poſſit inuenire. Cumq; non ignorent pleroſq; etiam in Clero, quod dolendum eſt, impuram agere vitam, & eruditionis habere vel parùm, vel nihil, dolos ac technas ſuas neminem iam putãt intelligere: ſicq; Cleri mala vita & cæca ignorantia ad perdendas miſerorum mortalium animas, Chriſti ſacroſancto ſanguine redemptas, ſceleratiſsimè abutuntur. Sed non patitur DEVS eorum latére dolos, quin vertiginis ſpiritum immittit in illos, & linguas eorum diuidit, vt tanta iam ſit in noſtræ ætatis hæreticorũ ciuitate iniquitas & contradictio,





nemini vt obſcurum eſſe queat, qui tamen non ſit planè datus in reprobum ſenſum, quo illi ſpiritu agantur. Excitat prætereà DEVS viros bonos & doctos, qui eorum fraudes retegant, conſilia & machinationes omnibus prodant, doctrinę fœdiſsimam inconſtantiam ac varietatem ex ipſorum ſcriptis luce meridiana clariùs demonſtrent, opinionũ deniquè pugnantiſsimam diuerſitatem, mutuasq; inter ipſos odioſiſsimas & infeſtiſſimas conflictationes ad omnium notitiã perferant: quô vel tandèm intelligant homines, quàm nõ ſit tutum ijs commodare fidem, qui nõ Chriſti, ſed ſuam gloriam quęrunt: neq; animabus ad Chriſtum pertrahendis, ſed à Chriſti corpore, quod eſt Catholica ecclesia, abſ-

trahẽdis, ſuisq; priuatis opinionibus pro ſua quiſq; virili implicandis indefeſſam nauant operam: ſcilicet vt iam miſeri non à Chriſto Chriſtiani, ſed vel à Lutero Luterani, vel à Melanchthone Melanchthonici, vel à Caluino Caluiniani, atq; ità alij ab alijs nominẽtur. Hoc enim illis accidere neceſsè eſt, qui nõ Chriſti, ſed ſuo ſpiritu ducuntur, vt quemadmodùm ille veritatis & charitatis ſpiritus, etiam diuerſiſsima hominum ingenia, tam diuerſas longiſsimisque terrarum ac marium interuallis à ſe diſsitas nationes, in vnum caſtiſsimæ dilectionis affectum, atque in vnum CHRISTI corpus myſticum redigit & cõpingit, ità vt innumerarum gẽtium ſit cor vnum & anima vna in Domino: ità ij qui







ſuum ſequuntur ſpiritum, etiam illos qui iam magna inter ſe animorum eiuſdemque religionis & fidei conſenſione conſpirârunt, in mille ſectas diſtrahere, ſuisque erroribus & prauis opinionibus imbuere nitantur. Neque hoc nouum, neq; infrequens, neq; noſtra demùm ætate fieri cœptum eſt. Semper id apud hæreticos in more poſitum fuit, vt noua quædam comminiſcerentur, diuerſa ab illis, quæ iam alij attuliſſent, vt de ſuo nomine nouam excitarent Eccleſiam, atq; ad eam quoſcunq; poſſent pertraherent, de ipſorum deincèps nomine appellandos. Scribit Nicephorus Calliſtus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 9. cap. 46. in hæc verba: Et res nouæ tum laudabãtur, (Conſtantio imperã-

Idem agitur etiã hac noſtra tempeſtate.

te) paulatimq́; incrementa ſua capiebant, atq; ad mutationem inſolitam ſpectabãt: eoq́; demùm præfractæ temeritatis peruenerunt, vt homines, veteres & patrias leges contemnerent, & nouas ſibi pro ſe quiſq; conderet. Atq; equidem eadem de Deo pleriq; cum turbulentis illis ſentire nolebant, ſed noua identidèm quædam dogmata comminiſcebantur, neq; ſe ab alijs ſuper alias nouis rebus inueniendis continere poterant. Hæc Nicephorus. Verùm ea nouandi libido, ea quidlibet ſcribendi & docendi perniciosiſsima licentia, ſummam ſemper Chriſtianę Reip. attulit calamitatem, atq; vtinàm noſtra hac tempeſtate id non efficiat, vt vel penitùs ab omni Chriſtiana religione efficiamur, in Europa præſertim,





tim, alieni, vel in Turcicam redigamur ſeruitutẽ. Qua de re cùm multa hoc in opuſculo author ipſe lectu inprimis digna commemoret, nolo eſſe prolixior, tum etiam nè illuſtriſsimæ Celſitudini tuæ, ampliſsime pontifex, mea loquacitate moleſtus ſim: cui ſanè exiguã hanc opellam meam, operisq́; elegantiſſimi inſulſam interpretationem, multis quidem de cauſis, vel eximię in Deũ pietatis, vel excellentis doctrinæ, vel haud vulgaris in tuenda Catholica religione cõſtantiæ ipſius potiſsimùm dedicaui: omninò perſuaſum habens, operis huius lectionem ipſi iucundiſsimam longeq́; gratiſsimam fore, niſi, quod vereor, imperita ac illepida verſiõe mea de eius gratia & dignitate, quã habet in Germanico idiomate, plus-

pluſſatis detractū eſt. Laudibus & p̄conijs T.C. hîc immorari nihil attinet: ſit hoc aliorū, qui ſe illis pro dignitate celebrādis ſufficere poſſe putant. Vnum hoc obnixè oro, vt C.T. hanc meam ſcribendi audaciā æqui boniq; cōſulat, meq; ſibi habeat cōmendatum. Chriſtus Opt. Max. illuſtriſsimā Celſitudinē tuā diù nobis ſeruet ac tueatur incolumem Antiſtes Reuerendiſsime & Princeps celeberrime. Datū Coloniæ in Cellula mea Carthuſiana, Anno ab orbe redempto 1561. xiij. Calendas Iulij.

I.C.T. deditiſſimus
clientulus F. Laurentius Surius Carthuſianus.

RE-



# REVERENDISSIMO IN CHRISTO PRINCIPI AC DOMINO,

*Domino Martino Epiſcopo Eyſtetenſi &c. Domino & Patrono benigniſsimo S. P. precatur.*



*VM ſis Reuerendiſsime p̄ſul, quemadmodùm Maiores tui etiā fuerūt, quaſi lege quadā datus huic Academiæ Ingolſtadienſi Patronus: cùmque Illuſtriſsimus Princeps Albertus Dux Bauariæ me eidem huic Scholæ inſpectorem dederit, & tanquàm*

Hęc Epiſtola ab ipſo authore eſt Latinè conſcripta.

quàm

q̃ νυμοφίλακαι decuiſſet ſanè, me iāpridē officia tibi obtuliſſe mea, præſertimq́; cùm certa quædam mihi demādata negocia ſint, de quibus iam anteà tecum conferri oportuiſſet. At verò quoniam deliberatæ voluntatis quod fuit, hoc turbatæ iniuria tempeſtatis abſtulit, neceſſeq́; erat, non quod volebam, ſed quod cogebar, neceſſitati parère: eaque de cauſa hoc agere me, illud omittere oportebat. Nè autem intereà in iſto negocio deeſſet ocium, & quaſi ἐν ἔργῳ τὸ πάρεργον, nō paſſus ſum ea, quæ nonnunquàm incurrunt ſubciſiua tempora nobis perire abſque fructu aliquo publicæ vtilitatis.

Qua de re ſæpiùs cogitanti mihi, venit in mentem, nihil à me obitèr fieri poſſe fructuoſiùs, quàm ſi ego tum cùm alij aut ludis vacant, aut dant conuiuijs operā, intereà aliquid meditarer eiuſmodi, quod deceptum populum iuuare poſſet, Principes non offendere. Eumq́; ſanè in finem his obſcuris brumæ diebus, ſi quandò vacabat, hunc iſtum librum congeſſi, meoq́; Amanuenſi dictaui, rudi quidem & populari vſus dicēdi genere, vt me rudes poſſent intelligere, at nihil tamen eorum, quæ veritatis ſunt, prætervectus, vt erroribus mederer. Quarè etiamſi eodem in libro nihil eſt, quod admodùm ſit eruditi hominis dignum ingenio: eſt profectò tamen, quod ab ingenuo homine non alienum, nec indignum ſcitu: ſiquidem in pharmacis nō tam, vt hæc dulcia ſint, q̃ vt ſalutaria, ſpectare ſolent non inertes medici.

Fuit ergò hoc ſtudium meū, fuit hic ſcopus omninò, vt populus de ſua ſalute admoneretur, & de inſidijs ſectariorū: quorum fraude hoc ſacroſanctum Rom. Imperium cōcuſſum, peneq́; labefactatū fatiſcere, ac ſubindè infinitas perire animarum

marum myriadas videmus. Sed eæ ſectariorum fraudes cùm adeò longè ſe, varieq́ in Chriſtianũ orbem effuderint, vt compræhendi ab indoctis nõ queant, vix à doctis depræhendi: abundè ſatiſfactum iri populo exiſtimaui, ſi ſic doceatur, vt ſe nôrit eſſe populum: hoc eſt, vt intelligat tum rectè ſecũ præclareq́ agi, cùm diſcat à ſpiritali magiſtratu, quî debeat Deo, quæ Dei ſunt, & à ciuili magiſtratu, Cæſari, quæ Cæſaris ſunt, reddere: omninoq́ diſcere, quàm docere: obtemperare, quàm imperare, mâlle. Etenim hi duo ordines, ſacer & ciuilis, diuinitùs conſtituti in Germania ſunt, ritè à nobis recepti, legibusque firmati atq́ conſtabiliti: extiteruntq́ duo, quaſi parietes apud nos, quibus faſtigium Romani Imperij hactenùs in Germania fultum eſt, erectumq́ ſtetit annos fermè octingentos. Atqui verò dum ſacer ordo rem diuinam, ciuilis Rempub. adminiſtraret, legesq́ eæ, quæ de vtroq́ ordine ſancitæ ſunt, ſacroſanctæ haberentur: potuit tum Germania de ſapientia contendere cũ Græcis, de magnanimitate cum Romanis, de pietate cum vniuerſis Chriſti fidelibus: potuit tum multo conſtantiùs de nobis, quàm de Romanis, dicere:

*Legibus antiquus ſtat res Germana viriſq́:*

potuit deniquè, cùm apud nos leges in homines, & non homines in leges poteſtatem haberent, domi trãquillitatem, pacem foris tueri, ciuesq́ domi gubernare feliciter, & hoſtem foris viriliter propulſare.

Sed eam felicitatem Germanis inuidit Sathanas, Martinumq́ Luterum hominem germanum feralibus œſtris incitatum impulit eò, vt antiquas leges cõuelleret, quibus hoc imperium hactenùs



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

nùs incolume ſteterat:nouas reponeret, quibus labefactatũ, collaberetur. Illius Seſſoris agitatiõe cœpit Luterus hiſce, quos dixi,parietibus imperij machinas admouere: breuiq́; tempore tantum ille quaſſando potuit deſtruere:quantũ proceres ſtertendo,ſtationẽ deſerere:quoàd tandèm parietum alter, qui ſacer eſt, propè funditùs corruerit:alter qui ciuilis,vix ſibi conſtet, ac nutet vehementèr.Ità nanq; fit omninò,cùm

*Alitur vitium,viuitq́; tegendo,*
*Dũ medicas adhibere manus ad vulnera paſtor*
*Abnegat, & meliora Deos ſedet omina poſcens.*

At hæc quoniam facta negligentia eſt, infecta fieri non poteſt: & cùm de præteritis memoria haberi queat, conſultatio non queat: illius certè non poſſum obliuiſci,quod perpetua nobis erit ignominia expiãdũ,vnũ Monachũ,eũq́; nec ouina pelle ſatis artificiosè tectum,

nec




nec doctrina excellente perpolitum, tantam potuiſſe,tamq́; fœdam ac pernicioſam labem vniuerſo orbi Chriſtiano inuehere:vt cùm ſacrum ordinem penè euerterit, ſic ciuilem labefactârit,vt iã non ità ruere,quàm iam corruiſſe videatur.

Quale autem ad vtriuſq; huius ordinis exitium attulit Luterus exordium? Futile prorſus ac vanum,mẽdacijsq́; vndiquè conſpicuum.Principia,inquit,Papiſtarum ſunt, Traditiones humanæ in ſacris literis non expreſſæ, Romanus Pontifex, Dubitatio de gratia diuina. At quis hæc dicit? Luterus paſſim. Quis teſtis eſt?Iohannes Brentius in libro ſuo de cauſis diſcordiæ. Quo autem argumento eſt verum? Non alio, niſi quia Luterus eſt, vt ipſe ait, Euangeliſta,Brentius alter Iohannes Apoſtolus, (credo, decimus tertius.)

 Nun-

*Nunquàm vlli Catholicorum vel per ſomnium potuerunt falſa iſta, commentitiaq́; principia in mentem venire, nè dicam, à quoquā aſſerta defendi. Veræ theologiæ principia apud nos ſunt, ſemperq́; fuerunt, primum Dei verbum, hoc eſt, Prophetici & Apoſtolici ſermones, & hæc ipſa tota ſcriptura ſacra, quam S. Biblia appellamus. Secundum principium noſtrum, eſt diuini verbi orthodoxus & Catholicus ſenſus ſeu intellectus, quē apoſtoli ſuis ſucceſſoribus tradiderunt, & hi viciſsim in vniuerſo orbe propagârunt, quemq́; multa ſanctorū patrum concilia explicârunt, in Canones redegerūt. Hic iſte enim Catholicus S. ſcripturæ intellectus, quia à Chriſto traditus eſt Apoſtolis, & ab his viciſsim legitimis ſucceſſoribus vnà cum ipſo ſcripturæ textu porrectus: idcircò ſæpè appellari ſolet ſanctorum Patrū traditio,*

*ditio, ſæpè τὸ ἄγραφον, reſpectu ſcripti textûs, τοῦ ἐγγράφου. Cùm autem neceſsè ſit, vnam eſſe eandemq́; tam in Orthodoxo ſcripturarum intellectu, quàm quæ eſt in ipſo textu, veritatem: falsò nos profectò & iniquè accuſant aduerſarij, quòd præter Dei verbum velimus, humanas traditiones, quæ Dei verbo aduerſantur, adiungi iudicem dirimendis controuerſijs. Tertium principium, eſt ſancta illa & continuata Apoſtolicæ ſedis, cæterorumq́; in Catholica Eccleſia ſucceſsio Epiſcoporū. Nanq́; ſi ex ordine continuatæ ſucceſsionis ſcripturarum ſenſus in ſingulis Epiſcopis ſemper fuiſſe & nūc eſſe, quem in primis Apoſtolis conſtat fuiſſe, demonſtrari à nobis poteſt: nunquid vlla euidentior de vera ſcripturarum interpretatione certitudo tradi poteſt, quàm hæc ipſa eſt? Cupio equidem audire, quid dici queat contrà.*

Quartum principium eſt Eccleſiæ Catholicæ vnitas, quæ facit, vt eadem veritas ſit in vniuerſis, quæ in ſingulis, & contrà. Hæc Reuerendiſsime præſul Chriſtianæ doctrinæ germana principia ſunt, hæc Eccleſiam Catholicã tanq̃ quatuor baſes fulciunt, ideoq́ vna, Sancta, Catholica & Apoſtolica dicitur: ex his etenim conciliorum pendet authoritas, ex his S. Canonum origo eſt, ex eiſdem etiam omnes legitimi ritus Eccleſiæ ortum ducunt ſuum.

Hæc noſtræ Theologiæ principia cũ ſint, nõ illa, q̃ falsò nobis impegit Brentius, preſsiùs aliquanto ſuorum concionatorum negocia principes conſiderare debebant. Vt autem antitheſis ſibi conſtaret, Noſtra principia ſunt, inq̃t Brẽtius, Verbum Dei, Chriſtus, & certitudo noſtræ in Chriſtum fiduciæ. Quod autem quæſo iſtud veſtrum Dei eſt verbum? Eſt, quòd omnes homines, viri, fœminæ, cerdones, calciarij, ſartores, coci, lanij, generiſq́ eiuſdem ſimiles, ſint Sacerdotes, ſint Epiſcopi, ſint Doctores, atq́ Paſtores, poteſtatemq́ habeant adminiſtrandi Sacramenta, interpretandi ſcripturam, & quem pro ſui quiſq́ capitis ſenſu ex ſcripturis ſenſum hauſerit, purum Chriſti Euãgelium, & expreſſum Dei verbum eſto. Non Dei hoc, Reuerendiſsime præſul, ſed Cacodæmonis verbum eſt, à Lutero inuentum, non inſpiratum à Dei ſpiritu: nanq́ is homo cùm in animo haberet, velle diuina ſimul atq́ humana peruertere, id egit, id ſummoperè conatus eſt, vt nullus omninò vſquàm exiſteret ſpiritalis magiſtratus, cui integrum ſit inter lepram & lepram diſcernere, ſanam Euangelij doctrinam tueri, pellere adulterinam.

*Atq́; hic Luteri labor, cùm nõ planè inanis eſſe Sathanæ videretur, cõtinuò hinc aliud Dei verbum cõmentus, nullũ ſcilicet debere inter Chriſtianos eſſe ciuilem magiſtratum: omnes enim principes eſſe ſtultos, eſſe tyrannos, eſſe ἄθεοι: nè, ſi hæreſes Luteri à ſpiritali magiſtratu damnatæ ſint, poteſtateq́; ſecularis brachij vindicandæ, vlla authoritas reliqua ſit principibus. Ideò vetat bellum gerere aduerſùs Turcam, ideò iubet ſubditos rebellare principibus. Hinc mox & illud Dei verbum exortum eſt, omnẽ caſtæ cælebisq́; vitæ legẽ tollendam eſſe: in puellarum concione atq́; adoleſcentum aſſerendum, non minùs hoĩes à libidine cõtinere poſſe, q̃ ſaliuã nõ expuere, ieiuniaq́; & abſtinentiam à carnibus, nihil facere ad preces, nihil ad pietatem, nihil ad prudẽtiam.*

*His inferioribus ſacramẽtis propemodùm*





*modùm expugnatis ad diuiniora illa ſe conuertit, aitq́; paſſim, per Baptiſmatis gratiam non rè tolli peccatum, ſed verbo ſublatum fingi. Ex quo id proximè conſequebatur, vt, ſi nullum ſit ſacerdotiũ, nec vllum queat eſſe ſacrificium: ſi nulla peccati eradicatio, nulla queat eſſe Dominici corporis p̄ſentia in Euchariſtia. Vndè hìc Zuinglianis aliud Dei verbũ extitit, illic aliud Luteranis. Ex eodẽ fonte & hoc cõſequẽs fuit, ſola fide hominẽ fieri eſſeq́; iuſtum, ſpem verò & charitatem & pœnitentiam, cæteráque bona opera, eſſe ad ſalutem pernicioſa. Quis porrò fructus illinc prouenit? Is omninò, alijque complures: quia enim ſi Deus homines impellit ad peccandum, vt Luterus & Caluiniani ſcribunt, quo iure bona opera Deus requiret? qua lege puniet mala, cùm hæc ipſe operetur in nobis, illa iudicet eſſe pernicioſa? Tum*

 verò

verò ſi nulla p̄mia bonis, nec vllæ erunt pœnæ malis: quin, ſi nullæ pœnæ, nec eſſe poteſt infernũ, locus ſupplicij, vt in maritimis vrbibus aſſeueratur, nec ipſe diabolus, ſupplicij executor, vt Oſiandro placebat.

Hoc nõ Dei, ſed diaboli verbo poſito, datoq́; principio, valdè oportunũ fuit, & alterũ illud de Chriſto principium poni, quòd humana natura Chriſti ſit Deus, vt Suencfeldiani volunt: vel contrà, vt Seruetiani, Chriſtũ non eſſe Deũ, velut Mathias Flacius, quòd apud Ioannem ὁ λόγος nõ ſit Dei filius. Admodùm p̄fectò fœcundũ hoc Luteri fuit, Brentijq́; principium. Fuerũt olim, ſunt etiã hodiè, qui palàm negent Chriſtum eſſe Dei filium: affirment eſſe filiũ Ioſeph & Mariæ, q̃ non hunc ſolum, ſed complures etiã alios filios pepererit: qui item aſſeuerent, Ioãnis euangelium eſſe figmentum Platonis,



tonis, Baptiſmum, inuentum Sathanæ, in Deo nullam eſſe Trinitatẽ, incertũq́; vtrùm hæc mas ſit, an fœmina. Ità hac hyeme, in Morauiæ oppido Sternberg, quidam euangelicus cõcionator docere cœpit, ſecũdo populo, & inuito Epiſcopo Olomucenſi. Sunt etiã in Vngaria, qui baptizantes, filij nomẽ penitùs omittãt: ſunt paßim Seruetiani, qui S. Trinitatẽ vocent tricipitẽ Cerberum. Eadem blaſphemia alij duo euangelici concionatores Deum afficiunt, vnus in montibus Gutnis, alter in Sileſiæ oppido Zary.

In Poloniæ oppido Pintzou quidam Georgius Brandata & Petrus Statorius publicè docent, nõ vnũ, ſed tres eſſe Deos, q̃ æquè à ſe ſint diuerſis eſſentijs diuiſi, àc tres ſeparati hõies. Itaq; nõ vnã eſſe diuinitatis eſſentiã, ſed tres eſſentias, tres diſcretas actiões & volũtates: filiumq́; eſſe patre minorem: Symbolum verò

*verò Athanaſij, meritò debere Symbolum Sathanaſij appellari. De his tantis in Deum blaſphemijs cùm Brandata & Statorius eſſent admoniti, ac rogati, quorum freti authoritate, talia audeant ſpargere: eos reſpondiſſe, primùm authoritate Caluini, Vuolffgangi Muſculi, Petri Martyris, Bullingeri & ſimilium, qui planè idem ſentiant ac profiteantur: deindè euidentia veritatis diuinæ, quæ hactenùs occultata latuerit, iam verò diuinitùs ſit reuelata. Hæc ità eſſe ſcribunt, quidam Baro Polonicus Stanislaus, Mathias Stadnitzky, & Franciſcus Stancarus.*

*At enimuerò quoniam hæc iſta tot tamq; diuerſarum opinionum confuſio, cùm ſit dijudicatu non facilis, perceptu difficilis: alia mox, hac eadem hyeme, orta ſecta eſt in Boëmia, quæ, vt illam confuſionem caſtigaret, ederetq; breue aliquod Luteranæ theologiæ compendium, palàm dicit, omnes reliquas opiniones de Deo, de cultu diuino, de fide, de bonis malisve operibus, ac de ipſa deniquè ſalute hominum, aniles fabulas ac friuolas eſſe: hanc vnicā legem ratā eſſe firmamq; præ omnibus, hominis, cùm mortuus ſit, & corpus & animam penitùs interire, nec poſt mortem, vllum animæ ſenſum relinqui. Eò tādèm noui Euangelij præcones direxerunt ſcopum prædicationis ſuæ.*

*Tertium principiū Luteranici Euāgelij dicit Brentius eſſe, certitudinem ſuæ cuiuſq; in Chriſtum fidei. Sed quæ, per Deum immortalē, iſthæc fidei certitudo eſt? Ecquid non noctem nos hîc diem oportet, & tenebras lucem intelligere? At enim obſecro, quænam iſthæc inter Luteranos eſt tam immota fidei certitudo? Hæc forſitan, q̄ Luteranos inter*

inter ipſos, ob fidei ſuæ euidẽtiã, tã arctò conſtrinxit nexu cõcordiæ, vt nullæ in nouo iſto Euangelio diſſenſiones, nullæ de vllo fidei articulo lites, nullæ hæreſes vſq̃ reperiãtur. Nam ſi certitudo parit cõcordiã, vt quidã philoſophus nõ inſcitè ait, neceſſè eſt, vt opinionũ incertitudo efficiat litẽ. Quapropter nõ ambiguè nobis, quale hoc tertiũ Luteri principiũ ſit, licet vel hinc ſtatuere, quòd neceſſè eſt, tantã in Luteranis eſſe ſuæ fidei certitudinẽ, quanta mutua inter eos de articulis eiuſdem fidei cõſenſio eſt. Verùm hæc qualis ac quanta ſit, ipſi non reticuerunt, nos diſſimulare non decebit.

Ea Luterus principia repurgati Euãgelij poſuit, eadem repetiuit Brẽtius, iactãt eadẽ pleriq; oẽs ſectarij. At quoniã

Omnia principijs ſemper ineſſe ſolent,

ex principijs etiã rerum fines metiri ſolemus: q̄d ergò hiſce fundamentis à Lutero iactis Sathanã ſuperſtructurũ exiſtimamus, ſiquidẽ effecta nunq̃ poſſunt eſſe ſuis cauſis p̄ſtantiora? Hoc penitùs, vt ex caſtis mẽbris Chriſti, faceret impura mẽbra meretricis, vt ex pijs deuotiſq; Chriſtianis, redderet impios ciues, redderet Epicureos hoĩes, oĩs generis fœda voluptate, luxuq; diffluẽtes: quorũ deus ſit vẽter: quorũ fides, oĩs perfidia, ac nulla fides oĩnò: q̄bus ibì fas, vbì maxima merces. Hũc in ſcopũ Luteri collimârunt clàm multi quidem hactenùs, palàm verò eũ nunc attingũt ij, qui iam in Boëmia publicè concionantur, aĩam interire vnà cũ corpore. Sed q̄a propter voluptatis cõmoda virtutis ſpeciẽ colẽdã docuit Epicurus: itaq; cùm intelligeret Sathanas magiſtratũ mutari poſſe, tolli non poſſe: maluit hos ipſos Epicuri greges, ad imperiũ Mahõetanæ p̄fidiæ traducere, certa ſpe voti ſui, q̃ incerta eos ſub Catholicæ Eccl. tectis relĩquere.

Eamq;

*Eamq́ ob cauſam has iſtas de religione omnes contentiones eò direxit, eò conuertit, vt tandem in Alcorani fidem transformentur vniuerſæ hæreſes.*

*Hiſtorici ij, qui de initio rerum Turcicarum ſcripſerunt, vnanimes affirmant, Mahometanæ fidei doctrinam, q̄ in Alcorano conſcripta eſt, conflatam eſſe à quodam Sergio & Ioanne, quorū hic Neſtorij, ille Arij hæreſin ſectabatur, & à quodam Iudæo Talmudiſta. Quanquàm verò hæreſes eæ, quæ hoc ſeculo noſtro, tanquàm ex equo Troiano cateruatim, adeoq́ frequentes eruperūt, vt antehàc nunquàm: ſi quis tamen earū præcipuas, quæ nunc potiſſimè graſſantur, exigat ad illa, quæ iam dixi, tria ſectarū genera: is planè comperiet, nihil aliud machinari Sathanā, quàm vt fidem Chriſti, in perfidiam transformet Mahometis. Incuſat Petrus Statorius Neſtorianæ hæreſeos Franciſcum Stancarum, & hic illum cōtrà Arianæ. Cùm verò Stancarus inſignis Iudæus ſit ac Talmudiſta, Statorius ex profeſſo Caluinianus: tanta vtriuſq́ partis contentione hoc certamen concitatū increbuit, vt iam non ſolùm in Polonia & Vngaria, quæ regna Turcis vicina ſunt: ſed etiam in Sileſia, in Morauia, in Boëmia alijsq́ prouincijs, quæ ſunt remotiores, eadem certamina exarſerint, ac vigeant adhuc. Quid autē, O ſancte Deus, aliud expectandum nobis? Si Chriſtiani homines Chriſti fidem vocent in dubium, ſi abnegent apertè, ſi Mahometis æmulentur abominationem, an veriſimile eſt, vt cuius fidem probent, eiuſdē ſint imperium recuſaturi? Non vidētur. Sed paradoxa hæc. Vtinàm verò. At vereor, nè Sibyllinis folijs veriora. Cauſæ nec incertæ, nec occultæ ſunt: euentus*

vix diſsimiles cauſis futuri videntur. Inueſtigent, qui ignorant: diſcutiant, qui iſthæc palàm vident geri, fieriq́ non ſecùs, àc dicuntur à nobis.

Sed deſinam hîc ominari malè, benè enim precari mâlim, & quidem mendax videri, nè iſthæc eueniant, vt nihil prouidiſſe, quàm verax, vt eueniat, nè deſipuiſſe exiſtimer. At nè quis cæsim me, quaſi cum vmbris pugnantem, ſed punctim, vt cum hoſte, decernentem videat, ſic ſentio, ſic iudico, nec vllũ eſſe, nec reperiri poſſe huic exitio, nobis imminenti, effugium, niſi, vndè nos diſceſſimus, redeamus ad conſenſionem Catholici & Chriſtiani orbis. Quid enim? Sumus nos Germani, homines Chriſtiani? Sunt aliæ nationes, genteſq́ etiam. Si nos non totus orbis ſumus, vt pars ſimus, neceſſè eſt. At pars turpis eſt, inquit Diuus Auguſtinus, quæ à ſuo toto diſsentit. Quid ergò? Hæc vna eſt & ſola medicina morbi noſtri, hæc vna & ſola ſpes noſtræ ſalutis: vt, cùm nos non totus orbis, ſed aliquod membrum dũtaxat Catholici orbis ſimus, nè patiamur perſuaderi poſſe nobis, vnum vel alterum mẽbrum corporis ſaluum exiſtere, toto pereunte corpore. Ea natura Oecumenici Concilij eſt, vt vniuerſis medeatur, nullius negligat membrî ſalutem.

Atque verò, quoniam indictio concilij promulgata eſt, omnes cõuocamur, nemo excluditur: nec vllius tanta poteſt eſſe morbi fœditas, cui non queat mederi Concilium: nec tanta vllius virtutis conſtantia, cui non queat laudem præbere ac teſtimonium. Volumus ergò

atheiſmum vitare Epicureorum? Sanã peteſſamus fidei Chriſtianæ regulã. Nolumus iugum Mahometis? nolumus idolomaniam Alcorani? Concordiam amemus, in Conciliũ veniamus, armisq́; depoſitis, diſceptemus ocioſi de lite cõtrouerſa, de cõmuni ſalute, placati conſultemus atq; beneuoli. Charitas enim, vt

1.Cor.13. D. Paulus docet, patiẽs eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, non agit perperàm, non inflatur, non eſt ambitioſa, nõ quærit quæ ſua ſunt, non iritatur, nõ cogitat malum, non gaudet de iniquitate, ſed veritati congaudet, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſti-

1.Cor.13. net. Hæc Paulina lex, Chriſtianæq́; charitatis regula, ſit indicti concilij baſis, ſit & tractandi modus & diſceptandi voluntas.

At inquis, Grauitèr læſi ſumus. Dolendum quidem: ſed charitas patiens eſt, omnia





omnia ſuffert, non iritatur: Aduerſarij ſunt indocti. Charitas non æmulatur, nõ inflatur, non eſt ambitioſa. Aduerſarij opibus abundant, aliena tenent, noſtra habent: Charitas non quærit, q̃ ſua ſunt, perperàm non agit. Inſidioſum videtur fore concilium. Charitas malum non cogitat, ſed omnia credit, oĩa ſperat. Quid ſi fortè cauſa cecidiſſe videremur? Charitas de iniquitate non gaudet, ſed congaudet veritati. Mihi verò, qui ſimplicis ſum atq; aperti ingenij, ità perſuaſum eſt, vt, ſi hoc animo & hac voluntate omnes ſtudeamus venire in concilium: quin ex cõmuni ſtudio veritatis, omnes controuerſiæ queãt componi: quin ex communi ſtudio concordiæ, oẽs poſſimus domum concordes redire.

Sed iudicem quæris, modumq́; futuri concilij? Non intempeſtiuè forſitan: nam proteſtantes ex ſua gente volũt iu-

 dicem

dicem legi, Catholici ex ſua: itemq́ aliũ hi, illi aliũ modum: affectus enim vtrobiquè priuati metuuntur, & iudiciũ ex affectionis vitio, non ex veritatis iudicio, profectum. Quid igitur faciendum, nè iudex ſuſpectus ſit, nè iudiciũ fallax timeatur? Dei verbum iudex eſto, & huius Certa, Orthodoxa, Catholica interpretatio: in qua nec plus, nec minus verũ ſit, quàm in ipſo ſcripto textu diuini verbi. Etenim magna eſſet, & haud ſcio, an non extrema impudentia, ſcriptum diuini verbi textum velle ſolum, & Orthodoxum eius Catholicumq́ intellectũ reijcere: τὸ ῥητὸν duntaxat vrgere, τὴν διάνοιαν deſerere: ſolum ſcripturæ textum, qui per ſe occidens litera eſt, admittere: legitimum ſenſum, qui eſt viuificans ſpiritus, repudiare.

Quapropter id potiſſimè nunc in litem videtur venturum, quãdò Catholi-



ci ſecùs, q̃ Confeſſioniſtæ, & hi viciſſim ſecùs, q̃ illi, ſcripturam interpretantur, vtri rectiorem, magisq́ Orthodoxũ & Catholicum ſenſum protuliſſe cenſendi ſint. Hac in lite nullus alius modus eſſe poteſt, niſi, vt hi potiorẽ interpretationem ſcripturæ iudicentur allegâſſe, qui ſuam poſſint Catholicã eſſe & Apoſtolicam demonſtrare, hoc eſt, ab Apoſtolis profectam eſſe, ab horum ſucceſſoribus acceptam, traditamq́ viciſſim cõtinua ſucceſſiõe, & propagatam in vniuerſo orbe Chriſtianorum, ad nosq́ perueniſſe incolumem, euidentèr euincere: illi cõtrà deteriorem, planeq́ adulterinam, qui ſuam ſcripturæ interpretationem nec ad Apoſtolos reuoluere queant, nec demonſtrare, eſſe Catholicam.

Exempli gratia, ſit hæc iam in cõcilio tractanda cum nouis Arianis quæſtio, vtrùm Chriſtus verè Dei filius ſit,

planeq; ὁμοούσιος patri, an non ſit. Hoc cùm negent Ariani, affirmẽt Catholici, Arianiq; dictum Chriſti proferant, Pater maior me eſt, Catholici illud, Ego & pater vnum ſumus: cumq; ſuum allegatũ vtriq; interpretentur, ſed neutri ità vt alteri, hi alitèr, illi ſecùs, quid ad dijudicatiõem huius litis, Dei verbum faciat? Vtrobiquè expreſſum eſt, neutri repudiant, recteq; ἐν τῷ ῥητῷ habere vtriq; palàm confitentur. Qua de re controuertunt igitur? Non, Mediusfidiùs, de textu, ſed de orthodoxo textûs ſenſu: non περὶ τοῦ ῥητοῦ, ſed περὶ τῆς διανοίας, Nonnè hoc & diuino verbo conſentaneum eſt, & humanæ rationi accommodatum, eum de allegatis ſcripturæ locis intellectũ germanum legitimumq; eſſe ſtatuere, qui, quòd ab Apoſtolis traditus ſit, & vbiquè gentium receptus atq; vſurpatus, poteſt euinci? Ego verò ſic credo, ac ſtatuo: nec ab hac ſententia mea ſummus Imperator Theodoſius abhorruit tum, cùm de eadem iſta quæſtione, eum ipſum Catholicum ſcripturæ S. intellectum, iudicem controuerſijs legit, & ſecutus eſt. Ità nanq; in Eccleſiaſtica hiſtoria Socratis memoriæ proditũ eſſe de Siſinio accepimus, qui Theodoſio Imperatori tollendis ſectarum diſſidijs dedit hoc conſilium.

Iohan. 14.
Iohan. 10.

Erat aũt Siſinius, inq̃t Socrates, vir eloquens, & rerũ expertus, ſacrarumq; literarũ expoſitiões exactè tenẽs, ſicut & philoſophica dogmata. Conſiderabat hic, quòd diſputationibus ſchiſmata nõ modò non vnirentur, ſed & cõtentioſæ magis redderentur hæreſes: eãq; ob cauſam tale quoddam Nectario conſilium ſuggerit. Quoniã ſciebat veteres initiũ eſſentiæ filio Dei dare noluiſſe, eò quòd intellexerint eum coæternũ eſſe Patri,

conſulit fugiendas eſſe dialecticas diſceptationes, & teſtes aduocandas priſcorum expoſitiones, interrogandosq́ ab imperatore hæreſiarchas, quonam loco eos Doctores habeant, qui ante iſtā diuiſionem fuerunt: an eos ad Eccleſiam pertinere putent, vel tanquàm alienos à Chriſtianiſmo repellant. Quòd ſi illos reprobent, audeant igitur eos anathemate damnare. Si hoc facere non dubitabunt, à multitudine profligabūtur. Quo facto, conſpicua erit veritatis victoria. Si verò veteres Doctores non repellent, noſtrum erit libros veterum proferre, quorum teſtimonio doctrina noſtra confirmetur. His à Siſinio auditis, Nectarius feſtinantèr ad aulā properat, & quid conſilij acceperit, Imperatori ſignificat. Ille conſilium hoc cupidè arripit, & cauſam ipſam prudentèr aggreditur. Tacito enim animi ſui propo-



ſito, hoc ſolùm hæreſiarchas interrogat, an aliquam rationem eorum Eccleſiæ Doctorum habeant, qui hæreſim ipſorum præceſſerunt, illosq́ probent. Illis eos non abnegantibus, ſed quòd eos tāquàm præceptores in honore habeant, reſpondentibus, rurſus Imperator interrogat, an eos tanquàm fide dignos Chriſtiani dogmatis teſtes complecti velint. Cùm hoc religionum Antiſtites, & Dialectici, quos quiſque illorum apud ſe habebat, audîſſent, (erant enim apud eos multi ad Dialecticū certamē inſtructi) non habebant, quod facerēt. Oriebat enim ſingulatìm inter eos diſsidiū, alijs Imperatoris propoſitum bonum eſſe dicentibus, alijs nō eſſe illud ſcopo ipſorū accōmodum aſſerētibus. Erāt enim alij alitèr erga veterū libros aīati, eaq́ in re ipſis nō conueniebat, diſsidebātq́ iā non modò ab alijs reli-

religiōibus, ſed etiam à ſe ipſis, qui hactenus in vnā hæreſim conſpirauerant. Concors itaq; malitia, ſicut veterū olim gigantū lingua, diuiſa iam erat, ac ſubuerſa malitiæ eorum turris. Imperator autē, vbi confuſam illorū diſperſionē, & quòd ſola diſputatione, non autē veterū expoſitione confidentes fuiſſent, cognouit, ad alterum conſiliū progreditur, & indicat illis, vt quæuis religio fidei ſuæ, quam habeat, definitionem ſcripto declaret &c.

Quòd Siſinius vir prudens, vetat cū ſectarijs inire dialecticū certamē, nihil facit nouū, ſiquidem idem vetent S. Canones, idem Tertullianus, & alij S. Patres. Et quamobrem id vetent, in cauſa eſt, quòd ſectarij vera Theologiæ ac germana principia, q̄ legitimæ diſputationis fundamenta ſunt, tollunt, ac adulterina reponunt, & ſua quæ ità fugacia ſunt,



ſunt atq; incerta, vt eorū quod modò cētum valuit, iam Arithmeticorū iure, valeat vel decem, vel mille, vel vnum, vel nihil etiam. Genus enim qui ſuſtulit, qd diſputet de ſpeciebus atq; indiuiduis ſub genere compræhēſis? Nihil penitùs. Sic etiam nō dato ente, quid poteris de accidentibus diſſerere? Tantundem. Eam ob cauſam, ſi cum ſectario in dialecticū certamen deſcendas, non priùs ritè pactus de legitimis principijs, vt Andabatarum more cum eo pugnes neceſſè erit, citiusq; Protea conſtrinxeris laqueo, q̄ ſectariū ſyllogiſmo: ſiquidē nihil ei certi ꝓpoſitū eſt, niſi quod modò affirmauit, vt idē mox neget: viciſſimq; quod modò negauit, vt idem mox affirmet contrà.

Brētius ſolum ſcripti verbi textum ſtatuit primum Luteranicæ theologiæ principium, ſed eatenùs tamen, vt mox liceat epiſtolam Pauli ad Hebræos execare,

ecare, epiſtolam Iacobi reijcere, Apocalypſin Iohannis reſpuere, libros Machabæorum damnare. Idem principium valet in vniuerſis S. Biblijs: etenim, ſi quã ſententiam euidentèr in ſacris ſcripturis expreſſam protuleris, continuò Brētius, Hebræa veritas ſecùs habet, Græcus codex aliud vult: eſtq; hoc eiuſmodi apud ſectarios principium, vt neq; finē diſputationis vllum velit euolui, neq; facilè aliquod medium reperiri.

Deindè Catholicum illum, qui vbiq; & ſemper ſibi conſentiens eſt, & Apoſtolicum, qui ab Apoſtolis originem ducit, ſcripturæ intellectũ, quem præſentem iudicem habere poſſumus, repudiant, & ad Chriſtum, quem iam in terris iudicem habere nõ poſſumus, ruſticè impudenterq; prouocant: cùm eundem tamen Chriſtum eorum alij negent eſſe Deum, alij negent eſſe hominem, alij cõtendant eſſe Platonicum figmentũ. Intereà, neſcio quam fidei ſuæ certitudinē iactitant verbo, re tamen incertiſsimã eſſe, tot tamq; varijs diſſenſionibus declarant.

Has igitur, aliasq; ob grauiſsimas cauſas, quas hîc referre intēpeſtiuum, ſi vel vlla mihi fides, vel authoritas eſſet, reuerendiſsime præſul, apud vllos principes, hoc equidem illis ſuaderē, hoc illis darem conſilium, quod Siſinius dedit Imperatori Theodoſio, videlicet, vt velint, iubeantq; ſuos cõcionatores ratum habere, verumq; ſtatuere eum ſcripturæ S. ſenſum, qui Catholicus ſit, poſsitq; ad Apoſtolos reuolui: cõtraq; illum falſum, qui priuatus ſit, nec poſsit reuolui ad originem. Atque profectò, niſi hoc idem conſilium, ſiue à me ſuggeſtum, ſiue ſuppeditatum ab alijs, probauerint, receperint, concordiam non inibunt,

inibunt, Eccleſiam omittent, nosq́; Germani omnes, aut Turcis prædæ erimus, ſicut Græci ſunt, aut Muſcouitis, vt Liuones, aut, quod durius erit, ſempiterna ſeruitute ſuppreſſi peribimus, vt olim Iudæi, vt nunc Vngari, & gentes pleræq; aliæ. At deſinã ominari, & (vt antè dixi) precari Deum mâlo, vt is hæc immẽſa peccata noſtra relaxare potiùs lance miſericordiæ ſuæ, quàm ad legem iuſtitiæ exigere dignetur: aduerſarijsq́; noſtris largiri Chriſtianæ Catholicæq́; ſtudium cõcordiæ, nobis autem illaudatæ vitæ emendationem.

Lenta Dei ira eſt, & quanuìs iuſta, non ſinè miſericordia eſt tamen, ſi quis modò miſericordem eam mâlit, quàm iuſtam experiri: priùs enim illa nos ad peccati agnitionẽ inuitat, ad pœnitentiam hortatur, q̃ fert ſententiã, pœnasq́; repoſcit. Quid enim hoc eſſe, & quale putamus, quòd Deus Principum ſeniores tollit, iuuenes relinquit, eosq́; ob immaturam ætatem, conſilij ſæpè inopes? Intra annos enim tres, aut circiter, quãtus numerus principum ac Regum, Reginarumq́; exceſſit è viuis? Vt q̃ primarius omniũ eſt, primò nominetur, obijt mortẽ Carolus V. Imperator. at quãtus princeps? Mortuæ ſunt huius duæ ſorores, Leonora Franciſci Regis Galliarũ coniunx, & Maria Ludouici Pannonij Regis, itemq́; altera Maria, Regina Anglica, quæ Philippo Hiſpaniarũ Regi, filio Imperatoris Caroli, nupſerat. Eodem fermè tempore in fata cõceſſit Iohãnes Rex Luſitaniæ, eodem & Regina Bona Sigiſmũdi Polonorum Regis coniunx, & mox huius filia Iſabella, q̃ Iohãnem Vngariæ Regem habuit maritũ. Nec multò pòſt duo Reges in Dania periêrunt, Chriſternus, & qui hunc perpe-

*perpetuo carcere incluſum tenuit, Chriſtianus, Regis Friderici filius. Quin eodem tempore occubuit fatali caſu Henricus Galliarum Rex, & mox poſt hũc, Paulus Quartus, Romanus Pontifex. Hæc triſtia ſunt fata Regum: quid de principum interitu dicam? Breui continuati temporis ſpatio obiêrũt Electores quatuor, Treuirenſis, Moguntinus, Colonienſis, & Ottohenricus Palatinus Comes Rheni, & in Italia Venetorum Dux. Quid accidit hoc proximo menſe, vt ad Reges reuertamur? Suetiæ Rex Guſtauus interijt, mortuus eſt Franciſcus ſecundus Rex Galliarum, diuturno morbo exhauſtus expirauit Erneſtus Dux Bauariæ. ſubito apoplexeos caſu nobis Michael Archiepiſcopus Saliſpurgenſis ereptus eſt, Præſul omninò pius atq; eruditus, in Deũ deuotus, in homines iuſtus, liberalis, benignus. Taceo in-*

*tereà*

*tereà mortem Friſingenſis Antiſtitis, taceo Ayſtetenſis Epiſcopi Hirnhemij anteceſſoris tui obitum, taceo aliorum in Germania aliquot principum ex hac vita migrationes. Quãquàm autẽ haud paulò verius eſt, quod Euripides ait,* βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν, *quàm illud Aeſchili,* ἐξισορρῆσαι μοῖραν, ὦ χρυσὲ τύχῃ, *aliud tamen eſt iudiciũ de his, quæ ſemper, aliud de ijs, quæ rariùs eueniunt. Fuit hæc rata lex hactenùs, manebitq; ſemper, nec lex vlla æquior vnquàm fuit, quàm quòd*

*Pallida mors æquo pulſat pede pauperũ tabernas,*
*Regumq; turres.*

*Sed tot Reges, tot Reginas, tot Principes ſimul tã exiguo tempore (triũ ſcilicet annorum) tolli ex vita, rarum eſt, & haud ſcio, an multis compertum ſeculis. Num caſu id exiſtimamus, ac fortuitò eueniſſe? vel certo potiùs, indubitatoq; Dei cõſilio? Ego verò vtì hoc facilè,*

*ſic illud difficultèr perſuadeor. Etenim quid ipſe Deus aliud ex ore Eſaiæ prophetæ ſui? Eccè, inquit, Dominator Dominus exercituum, auferet à Ieruſalem & à Iuda validum & fortem, & omne robur panis, & omne robur aquæ, & fortem, & virum bellatorem, iudicẽ & prophetam & ſenem, & honorabilem vultu, & conſiliarium & ſapientem de architectis, & prudentem eloquij myſtici: & dabo pueros principes, & effœminati dominabuntur eis. Et corruet populus, vir aduersùs virũ, & vnuſquiſq; aduersùs proximũ ſuũ. Tumultuabitur puer contra ſenem, & ignobilis contra nobilem &c. Ruina autem hæc ſub manu tua eſt.*

Eſa. 3.

*Hæc olim propheta ſuis Iudæis ità edixit, vt nobis Germanis eadem prædixiſſe videatur. Veracẽ fuiſſe Iudæis prophetam, euentus comprobauit: nobis*

non





*non fallacem fore, non verbis ediſſerendum eſt, cùm facta ipſa loquantur. At verò cùm huius mali vis eò progreſſa ſit, vt non niſi* ἡ μετάνοια χρήσιμη: *præſtaret cotis hîc, q̃ nouaculæ vicem ſubire: quãdoquidem ſi quis fraternè moneat inferior, nihil precando: ſi iubeat ſuperior, nihil præcipiendo queat proficere. Quocircà forſitan eſſet, vt D. Baſilius cenſet,* λυσιτελεστέρα τοῦ λόγου ἡ σιώπη: *nè, cùm non minùs boni oratoris ſit tempeſtiuè ſilerè, q̃ prudentis loqui oportunè, hoc didiciſſe profuerit aliquandò, illud neglexiſſe, nocuerit vnquàm. Atq; hoc quãto conſidero preſſiùs, tanto huc certè magìs inuitus, planeq; inuitus, trahor: ac ſi res hoc in negocio ageretur mea, næ ego deſipere penitùs viderer, qui priuata commoda incommodáve poſtponerem publicis: ſed vincit amor veritatis, quæ, ſi tacendo opprimi ſolet, admonẽdo de-*



bet

bet profectò ab errore reuocari. Mâlo itaq; ſi in alterutrum ſcopum impingẽdum erit, hanc plagam accipere, vt veritatis, quàm illam, vt adulationis amãtior fuiſſe cognoſcar. Quamobrem, ſi, quod vidi, refero, ſi, quod intellexi, cõmunico, ſi, quod ipſemet malum perpeſſus ſum, alios vt vitent, cohortor, ſpero id offendere poſſe neminẽ. Scio eſſe paſsim, etiam inter Principes viros, qui, ſi fraudem hæreſeos apertè depræhendere poſſent, ſi quantũ & ſibi, & ſuis illinc, Reiq; publicæ mali euenturũ ſit cognoſcere: nõ illi, Herculè, vt ego quidẽ tardiuſculè, ſed confeſtim, vt prudentes, ad viam antiquæ religiõis reuerſuri videantur. Itaq; eum iſtum librũ ſcribẽs, Reuerẽdiſsime Præſul, ſubindè lachrymas cum precibus miſcui, Deum orans pro inimicis æquè àc pro beneuolis, vt nobis vniuerſis eã largiri mentem dignetur, nè



nè quid aliud ſciamus nec ſapiamus, niſi IESVM Chriſtum, & hunc crucifixũ. Hic etenim ſcopus õis doctrinæ Chriſtianæ eſt, hic vnicus ſalutis noſtræ receptus: cùm, qui ab hoc aberret, eũ & Deo oporteat & ſempiterna ſalute carere. Quẽ ego in finẽ, cùm reliqua ſtudia vitæ meæ, tum hunc laborẽ potiſsimè cõuerti, vt rudiores amantèr admonerẽ, peritioribus præberẽ his de rebus occaſionẽ cogitandi vberiorẽ. Dedi operã intereà, ſi quid ex hiſtoriis, quod neceſſariò huc adduci oportebat, recitatum eſt à me, vt placarem oẽs, offenderem neminem.

Quarè ſi quiſquã eſt, q ſe offendi hoc libro meo poſſe putet, vel quia apertiùs dixerim, q̃ velit, vel qa ſecùs, q̃ ego ſenſerim, verba mea interpretetur, hũc oro obnixè, me vt compellet, rationesq; & cauſas audiat meas. Adeò certè nõ fuero pertinax, nec adeò ingratus, qn, ſi melis ora

ora edoctus ſim, vltrò me rectè admonenti gratias debere, publicè ſim profeſſurus: tantum abeſt, vt legitimæ Catholicæq; cenſuræ velim præferre iudicium meum. Sin autē hoc, quod omninò æquiſſimum eſt, neq; potuero prece, neq; vllo iure obtinere, ferā, adiuuante Domino, quicqd euenerit patientèr, veritatemq; diuini verbi tuebor nihilo minùs, quoàd vixero, pro virili mea: ſatiſq; hoc præmij putauero, ſi vel vnū qui aberrauerit, reuocare, vel alterū qui cōſtās manſerit, confirmare hoc labore meo queā: præſertim verò in iſta diœceſi tua Reuerendiſſime Præſul, cui hæc Ingolſtadiana Academia ſubiecta eſt. Eaq; de cauſa & hanc ſcholam tibi, inprimiſq; Theologica ſtudia, & me meoſq; reuerēter cōmendo. Vale. Datū in ipſa Vigilia Natalis Domini, in fine anni 1560.

Reuerendiſſ. Celſ. tuæ

Deditiſſ. Frid. Staphyl.

D. Cæſ. Maieſt. Conſil. &c.

CHRI-



# CHRISTIANO LECTORI, DEI GRATIAM ET PACEM.

PERVETVSTA eſt illa quidem, ſed inprimìs mala cōſuetudo, vt q, quod verū eſt, auribus ferre non poteſt, is ad conuicia, maledicta, probraq; iactanda ſeſe conferat: maximè cùm ab ipſa natura, vt eſt apud ethnicum quendam ſapientem, propēſiores ſint homines ad aliorum percipiēda vitia, quàm virtutes. Atq; tametſi hæc improba cōſuetudo nō modò primùm,

Demoſt. p corona.

A ſed

ſed iam olim ex vitiata ac deprauata hominis natura ꝑfecta eſt, nulla tamen vnq̃ tempeſtate adeò ea viguit & vſitata fuit, atquè hac ipſa, qua Martinus Luterus quintũ euãgelium ſuum è tenebris produxit in lucem, & triſtes atque infauſtos hoſce nuncios, quibus totus iam orbis chriſtianus, nõ abſq; immani iactura & pernicie, plenus eſt, longè lateque propagauit. Cùm enim hoc euangelium neque perſpicua veritatis euidentia, neq; (vt olim fieri conſueuerat) magnis quibuſdam deſignandis efficiendisque miraculis confirmari poſſet, horum temporum noui prophetæ euangelici eò ſe totos contulerunt, atq; in eam curam remis velisque ſibi incumbendum ſtatuerũt, vt quicunq; verum, genuinũ, vetusq;



vetusq; Euangelium ſibi tuendum ac propugnandum ſumpſiſſet, eos apud omnes in inuidiam ſuſpicionemque adducerent.

Id quod aduerſarij mei à ſuo præceptore Lutero probè didicerunt, neq; ab hoc inſtituto, quotiès vel mecum, vel cum alijs catholicis res eis fuit, vnquàm deflexêre, neq; facilè receptæ huic apud ipſos conſuetudini nunciũ remittent, quandò hac ratione longè maiorẽ vulgi acceſſionem ſibi allatam & adiunctam ſentiũt, quàm re ex æquo ac bono gerenda.

Equidem quod ad me attinet, inficiàs ire nolim, me coram Deo eiusq; diuino iudicio peccatorem eſſe miſerum, qui neq; gloriari de re alia, neque alitèr precari poſſim, atquè ſanctus ille rex Dauid, his

 vtens

Pſal.142. vtens verbis:Domine,exaudi orationem meam:exaudi me in iuſtitia tua,& non intres in iudicium cum ſeruo tuo:qa non iuſtificabit in conſpectu tuo oĩs viuens.Quò facit illa D. Auguſtini ſentẽtia: Væ etiã laudabili vitæ hoĩm, ſi remota miſericordia diſcutias eam. (Lib. Cõfeſſ. 9. Cap. 13.)

Et ſic quidem mortalium quilibet,etiamſi vita ſit ſanctiſſima & integerrima, de ſe ſentiat oportet, ſi præpotentis & iuſti iudicis Dei ſpectet iudicium, in quo certũ eſt, abſq; Chriſti IESV throno gratiæ, neminem poſſe conſiſtere. Porò è diuerſo ſi ad iudicia forenſia, in quibus de ciuium vita ſtatuitur,reſpicias,ità ſanè vnuſquilibet vt cõſtitutus ſit oportet, poſſit vt bona fretus conſcientia dicere: Nihil ſum mihi cõſcius, ſed in hoc iuſtificatus non ſum. (1.Cor.4.) itemq; illud Dauidicum:Iudica me Domine ſecũdùm iuſtitiam meam. (Pſal. 7.) Gloria enim noſtra hæc eſt,vt Apoſtolus ait, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. (2.Cor.1.)

Quanuìs igitur, vt eſt ſuprà dictum, fateri debeam miſerum me eſſe peccatorem , at nihilominùs dum ſpiritus hos rexit artus,(abſit verbo arrogantia) in id magnopere ſemper incubui,vt bonæ cõſciẽtię fruerer teſtimõio,vt à me repoſcentibus, rationẽ poſſem reddere fidei & conuerſationis meæ. Hoc enim ipſius Domini ſerium eſt præceptum,& Petri Apoſtoli inſtitutio,ità dicentis:Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt, ſpe: ſed cum modeſtia & timore, conſcientiam habentes bonam:vt (1.Pet.3.)

in eo quod detrahunt vobis tan-quàm malefactoribus, confundan-tur, qui calumniantur veſtram bo-nam in Chriſto conuerſationem.

Quæ nimirùm & id genus alia ſcripturæ diuinæ grauiſſima præ-cepta cùm id perſpicuè exigant, vnumquenq; de ſua ſpe & cõuer-ſatione rationem reddere iure de-bere, equidem quô minùs ab ad-uerſarijs acerrimè impetitum me pro eo atquè par erat, purgarem ac tuerer, committere nulla ratione potui. Vt enim D. Hieronymus ait, Qui famam ſuam negligit, in ſe crudelis eſt. Et Auguſtino teſte, vnuſquiſq; ſibi bonam debet con-
Prouer. 22. ſcientiã, & alijs bonã famã. Sapiens quoquè: Melius eſt, inquit, nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: ſu-per argentũ & aurum, gratia bona.

Deni-



Deniquè cùm pueri etiãnùm eſſe-mꝰ, ille nobis decãtatus eſt verſus:

*Omnia ſi perdas, famam ſeruare memento.*

His igitur atq; id genus pluribus alijs rationibus nõ potui equidem non adduci, vt breuem hanc & ſimplicem, nec minùs veram ſcri-berem apologiam, typiſque excu-dendam traderem, quô ità vt par eſt, & Chriſtiana ratione (quando-quidẽ legitimi iudices hac in parte non admittuntur) meam omni-bus teſtatam efficiam innocentiã, contraque nullis ſubnixam ratio-nibus hoſtium meorum (qui me è pulpitis, in ludis literarijs atque gymnaſijs, multigeniſq; ſcriptis & libellis famoſis falsò turpiterque ꝑſcindunt) accuſationem & calu-mniã amoliar. Nè verò piũ Chri-ſtianumque Lectorem longa ver-


borum

bōrum ambage ſuſpenſum teneã, noueritis hanc meam Apologiam hiſce tribus conſtare partibus:

Prima eſt, de vero ac genuino verbi Dei & Euangelij intellectu, q̀ illi me aiũt iam antè amplexum quidem & confeſſum eſſe, at nunc perſequi conſtituiſſe.

Altera eſt, de ſacrorum Bibliorũ in idioma vulgare ſiue Germanicum tralatiõe, de qua id illi aſſerunt, meo quoquè conſilio & opera hoc agi, nè vulgo deincèps poteſtas fiat vlla Germanica Biblia lectitandi.

Tertia eſt, de quibuſdã articulis cõtrouerſioſis, quos Luterani partìm negant, partìm conciliare moliuntur, eo conſilio, vt me doceant illos Luteranis per mendacium affinxiſſe.

De



De his tribus, Dei fretus ope, ꝓ mei tenuitate ingenij, quoàd potero ſimpliciſſimo vtendo linguæ noſtræ idiomate, ità vt laici idiotæ capere me poſſint, non tamẽ abſq; ſolido veritatis fundamento, candidè & ſyncerè, citra vlla conuicia vel maledicta, congruam ac neceſſariam adhibebo antilogiam & informatiõem. Neq; enim viros honeſti amantes fas eſt ſecùs agere: tametſi antagoniſtæ mei, quô me apud omnes traducerent, mihiq; ignominiæ notam inurerẽt, nihil ſibi prætermittendũ cenſuêre, nec malum dũtaxat malo, ſed bonum etiam malo compenſârunt: poſthabitis interìm medijs ſiue vijs oĩbus, quibus par erat vti, cùm tamẽ per Moiſen diuinitùs præceptum ſit, vt ſi cui cum alio ſit controuerſia, Deut. 1. & 17.

ſia, legitimum iudicem adeat.

Atq; mihi quidē ſemper id fuit optatiſſimum, & eſt etiamnùm, vt aduerſarij mei, & qui vel clàm, vel publicitùs libellis famoſis meę exiſtimationi detrahunt, apud legitimos magiſtratus meos ijs de rebꝰ, quibus me putant obnoxium, nomen meū deferant, nec ipſi in cauſa propria, partiū, accuſatorū, iudicum ſibi locum vendicent, quēadmodùm in propatulo eſt eos cōtra rationē omnem, adeoq; contra ius om̄e tū ciuile, tū pontificiū, temerè ac impudēter facere non dubitare.

Itaq; vt antehàc ſemper, ità etiamnū paratꝰ ſum ſiſtere me Chriſtiano ac ordinario magiſtratui meo, atque coràm accuſationes omnes & ſententiam rectè atq; ordine proferendam perpeti. Nanq;

fauen-



fauentibus ſuperis, (quod tamen nolim arroganter dictum quis putet) vitam & conuerſationem meā ità ego noui inculpatam, vt nullius mihi formidandus aut ſubterfugiendus ſit vultus.

Neque dubitationem habet vllam, ſi quidem in religionis negocio Cæſareæ Maieſtati, alijsq; Catholicis principibus, aduersùm ſectas meam nō nauâſſem operam, eos qui in me inpræſentiarùm incurrunt, vitam meam abſque vlla repræhenſione ſilentio præterituros fuiſſe. Quandò verò, quæ DEI eſt benignitas, Catholica doctrina neque ratione neque fuco vllo poteſt opprimi, perſonam illi meam oppugnandam ſibi ſumunt, doctrinam interim miſſam faciunt, atque hoc argumento nituntur:

Agere

Agere me contra mentem & conſciẽtiam meam, pecuniæ & honoris ſtudio me ad hæc facienda impelli, cùm tamen non ſint ipſi neſcij, me Catholicæ doctrinæ cauſa aliquot millium aureorum, pręterea que valetudinis grauiſſimam feciſſe iacturam.

2.Tim.2. 2.Theſ.2. Verùm vtcunquè hæc ſe habeant, cognouit Dominus qui ſunt eius: idemque probat corda hominum, nec eſt, quiſquam (vt D. Clemens Alexandrinus ait) tam magnus, vt Deũ effugerit: nemo tam exiguus, vt ſe DEO poſſit abſcondere: Matt.16. ſed reddet ille vnicuiq; ſecũdùm opera eius.

Si ergò ego contra meam mentem ago & conſcientiam, væ mihi: ſolus enim Deus nouit hominum conſcientiam. Sin autem rectè ego facio,

facio,



facio, væ vobis, qui occulta Dei iudicia vobis præriptis & vendicatis. Sed hæc de me dicta ſint ſatis, iam rem ipſam aggrediamur.

# PARS PRIMA.



QVOD ad primã partem attinet, qua me illi traducũt, tãquàm qui ſacroſancto Euangelio & ſalutifero Dei verbo impugnando & opprimendo dem operam, licèt id antè receperim & profeſſus ſim &c. huic ego ità ſimpliciter reſpõ-

ſum

ſum volo, hac in re illos inhumanitèr mecum agere, & coram Deo vim & iniuriam mihi irrogare: neque vereor illos ipſos meos aduerſarios vel iota vnum, quo id planũ teſtatumq́; faciant, poſſe proferre. Atquì vt eiuſmodi vanam & commentitiã opinionẽ vera certaq́; ratione liceat amoliri, equidem non iniuria ex illis ſciſcitor, ecquodnã illi propriè ſacroſanctum Euangelium & Dei verbum appellent. Vbì ſi reſpondeant, non aliud eſſe Dei verbum, quàm ſcripturam ſacram, quam vulgariter Biblia nuncupamus, id eſt, vetus ac nouum Teſtamentum, illos mihi vim & iniuriã inferre tum corã Deo, tũ mortalibus quibuſcũq;. Neq; eñ vlla vnq̃ ratiõe doceri vel ꝓbari poterit, me vel Euangelij, vel legis etiã minimã par-

Verbum Dei quod ſit.



particulã ſiue reieciſſe, ſiue pſecutũ eſſe: qn poti⁹ vniuerſa ſacroſancta Biblia, id eſt, legẽ & Euangeliũ amplector, veneror, laude & pdicatiõe effero, & non alio q̃ diuini verbi loco habeo: fateorq́; facili⁹ eſſe cęlũ & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere. Luc. 16.

Id quod ego nõ ꝓ me duntaxat dixerim, verùm etiam pro oĩbus è religione Catholicis Chriſtianis, q iã indè ab Apoſtolis mille ſexcentis ferè annis abſq; vlla intermiſſione in hunc vſq; diem in Eccleſia lectitârunt, decãtârunt, in Miſſis & cõcionibus oĩbus publicè recitârunt, & quod plus eſt, in Romano, aliarũq; Eccleſiarũ (q̃ vocãt) Breuiarijs eo pacto totã ferè ſcripturã ſacrã cõplexi ſunt atq; digeſſêre, vt vnuſquiſq; libet ſacerdos iuramẽto obſtringatur ad

Pontificij etiam habẽt Euãgelium.

ad lectitãdum qualibet hebdomada precandi ratione totum pſalterium, atq; annuatim lectiõum inſtar, cuncta ferè Euangelia, Epiſtolas, & Prophetas: vti tot iam ſeculis in hodiernum vſq; diem teſtantur preces illę horariæ, quas Canonicas horas appellant, putà, Matutinæ, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperæ, Completorium: quæ nimirùm præſcriptio atq; diſpoſitio ſiue ordinatio ab Apoſtolis ipſis, vt in Actis & alibì licet pſpici, tam præclarè & accuratè inſtituta eſt, vt cuiuſlibet diei Pſalmi, euangelia & lectiões ad horas Dominicę paſſionis accommodata ſint: quo Eccleſia indè ab initio ad nos vſq; toto terrarum orbe id teſtari ac docere vult, oĩa ſcripta diuina in Chriſti paſſione, tanquàm in vero ſalutis ani-

Præclàræ in Dei Eccleſia præſcriptiones & ordinationes de Dei verbo commemorando.



animarum noſtrarum angulari lapide fundari atq; conſtrui oportere, vti infrà loco oportuno è ſcripturis ſacris planum faciemus.

Eſt ea igitur immanis ſanè calumnia, quod aiunt iſti, hactenùs ab Eccleſia Euangelium & Dei verbũ exulâſſe, in tenebras protruſum eſſe, atq; ad extrenum in Papatu penitùs extinctum eſſe, iam verò ceu poſtliminiò in lucem reuocatum: itaq; qui nouum hoc complectuntur Euangelium, eos Euangelicos, nos verò cum dulciſſimis parentibus & maioribus noſtris, adeoq; cum vniuerſa Chriſti Eccleſia, veterem apoſtolicamq; retinente ac propugnante doctrinam, impios Papiſtas dici oportere. Iam quiſq; oculos habet, quibus poſſit cernere, is eos oro patefaciat: & qui ſalu-

Craſſiſſimũ Luteranorũ mendaciũ.

Papiſtarum nomen vndè manârit.

Attende hîc Lector.

lutis ſuæ non vult iacturam facere, ille hoc loco ſibi inuigilet. Equidē hîc vnumquemlibet ſuma fide cō-monitum velim, vt quanta maxima vi cōniti poteſt, ab hac ſibi verſuta & ſophiſtica captione & argumento caueat. Hîc enim latet anguis in herba.

Nôrunt probè ſectarij doctores & didaſcali, vt Luterus quoquè libro aduersùm Anabaptiſtas & Zuinglianos fatetur, in Papatu (id eſt, Eccleſia Romana) ſacroſanctum Euangelium, adeoque vniuerſam ſacram ſcripturam cum omibus libris, ſententijs, verbis & apicibus ſuis perpetua temporum ſucceſſione purā, caſtam & incorruptam permanſiſſe. Quô fit, vt parum multùm admirationis habeat, ecquid ea re ſibi voluerit malignus dæ-



mon, cùm ſectarijs eam inſtillauit cogitationem, vt ſe ſuosque, Euangelicos, nos verò, qui Catholici ſumus, Papiſtas vel Pontificios appellarent: cùm tamen nos in ſacris ædibus Euangelium decantemus, lectitemus, è pulpitis concionemur, ediſſeramus ac interpretemur, multigenisq; figuris, imaginibus, veſtibus, ritibus ac cæremonijs populo Chriſtiano eū in modum, quo nos à maioribus noſtris, priſcisq; Chriſtianę religionis cultoribus atque etiam Apoſtolis ipſis accepimus, ob oculos ſtatuamus. Quod certè Luterum ipſum non latuit. Cur diſſimulauit igitur, inquis? Videlicet, vt eo maiori vafricie, dolo & impoſtura vulgum irretiret ac euerteret. Nouerat Luterus ipſe, nôrunt etiam

Luterani cõcionatores, in ſcriptis diuinis duo eſſe penſitanda, primò quidẽ, vt textus ſit integer & minimè deprauatus: Deindè, vt textus à nobis non hæreticè, ſed Catholicè accipiatur & intelligatur. Quo enim ſpiritu ſcripturæ factæ ſunt, vt D. Bernardus ait, eo ſpiritu legi deſiderant: ipſo etiam intelligendę ſunt. Quandò igitur textus ipſe ex ſanctiſpiritûs inſtinctu verus eſt & integer, intelligentia quoquè & interpretatio, quæ ex eodem ſancto ſpiritu proficiſcitur, vera & integra ſit oportet, vtì textus & interpretatio ſiue gloſſa, ſcriptura & eius intelligentia, eandem habeant veritatem. Itaq; non vult legi duntaxat, ſed etiã rectè intelligi ſcriptura ſacra. Vt enim D. Hieronymus ait, ſcripturæ non in legendo conſiſtunt

Bernardus ad fratres de Monte Dei.

Hieron. aduersùs Luciferianos.



ſiſtunt, ſed in intelligẽdo. Non id, inquam, Luterus ignorauit: ſed vt genuinum ſcripturæ ſenſum deprauare, ſuumq; hęreticum & ſuppoſititium poſſet introducere, nullius facit mentionem interpretationis vel expoſitionis, ſed ſui cerebri ſententiam vocat Dei verbum, & puram putam ſcripturam diuinam. Nam ſi ex Luteranis aſſerentibus, Deum impellere homines ad malè agendum, Deum cauſam eſſe obſtinationis & indurationis Iudæ, Bona opera ad ſalutem eſſe pernicioſa, atq; eius generis alia, pcõteris, ecquænam iſtiuſmodi dogmata ſint: actutùm illi reſpondẽt, Purum eſſe Euangeliũ, ſyncerumq; Dei verbum, atq; ipſam ſcripturam ſacram. At ſi porrò ſciſciteris, cupiasq; verba & ſentẽtias huiuſmodi

expreſsè tibi indicari, iã nullus domi eſt, aiuntque verba quidem ipſa in ſacris Biblijs non haberi, at illorum mentem & ſentẽtiam. Quod reſponſum ſi vrgere pergas, tota diſputatio eò reuoluitur, omnem hanc cum hæreticis litem & controuerſiam nõ de ſcripturis, ſed de genuino eorum intellectu exiſtere: Id quod Diuus quoquè Hilarius confirmat his verbis: De intelligẽtia hæreſis eſt, nõ de ſcriptura. Certè re ipſa comperimus, hæreticos omnes perpetuò ſacram ſcripturã & Dei verbum crepare: & nos, qui Catholici ſumus, ſcripta diuina itidèm in ore habemus. Percontandum eſt igitur, quam ob rem Luterani cum Catholicis digladientur, cùm vtriq; Euangelium habeant, diligant, laudibus vehant, illique ad-

Hilarius lib. 2. de trinit.



adhęrere, eiusq; cauſa vitam, facultates, ſanguinem profundere ſtatuant. Hîc obſecro Chriſtiane lector animum diligenter attende, probeq; ac ſedulò obſerua, non id vocari in controuerſiam, nũ Pontificij vel Luterani Euangelium & Dei verbum habeant: ſiquidem ex vtraq; parte illud pertinaciter ſibi vendicant: verùm de eo omnem eſſe controuerſiam, vtra pars veram ac germanam Euangelij intelligentiam & interpretationem ſeu expoſitionem habeat. Luteranorum enim hæc vox eſt, Pontificios non intelligere Biblia, ſe verò ea probè aſſequi, ſe veram interpretationem & veritatis clauem inueniſſe. Atq; vt huic gloriabũdæ ſuę opinioni fuco quodã fidẽ cõciliẽt, aſſeuerant illi Epiſcopos, pręlatos,

Hic diligenter attende.

 ſacer-

ſacerdotes& monachos om̃es imperitos, incontinẽtes ac malè moratos, itemq́; auaritiæ & abdomini deditos eſſe &c. ſe verò, id eſt, Luteranos, præſtanti eruditione, caſtimonia, ſobrietate, liberalitate, religione præditos, atq; omninò probos & inculpatos eſſe, q etiam ingẽtia effecerint miracula, hodieq́; efficiant.

Neq; verò horum atque eiuſcemodi mendaciorum hæreticos illos pudet, tametſi in propatulo eſt, rem ipſam longè ſecus ſeſe habere, dum ab illis templa, cœnobia, DEO dicatæ domus, xenodochia, & pleraq; om̃ia inſignia collegia & Epiſcopatus direpta, expilata, ipſis vẽdicata, deuaſtata, atq; in arces, armamentaria, granaria, calcarias & carbonarias ædes, mercatorum officinas,



ficinas, vel etiã, quod ꝓmultis locis cõpertum eſt, equorũ & vaccarum ſtabula mutata ſunt. Iſthæc noui huius Euangelij miracula, per hos annos quadraginta plùs ſatis comperta ſunt: præterea verò nullus in hiſce nouis Euangelicis Prophetis viſus eſt, qui vel claudum equum, vel canem claudicãtem curare potuerit: tantum abeſt, vt dæmones eijcere, claudis greſſũ, cæcis viſum, ſurdis auditum, mortuis vitam reſtituere ac reformare querit: quod noſtri maiores, priſci Euangelici fecêre, quemadmodùm complures fide dignæ & approbatæ hiſtoriæ luculenter teſtantur. Porrò Luteranorum probitatem, excellẽtem doctrinam, inſignem artium multarũ peritiã res ipſa declarat. Olim Donatiſtę idem D. Auguſtino ob-

Luteranorũ miracula.

iecêre argumentum, Africanam (id eſt, Donatiſtarum) Eccleſiam ſolam integram, ſanctam, puram & eruditam eſſe: ſecùs de Catholica ſentiendum Eccleſia. Itaq; Donatiſtarum doctrinam ſanam & ſynceram, porrò Catholicorũ falſam & impuram eſſe. Sed quid illis reſpõſum eſt ab Auguſtino? Argumentũ, inquit, à moribus ad doctrinam nõ valet. Ponamus verum eſſe, Luteranos eruditione & probitate vitæ vniuerſam Chriſti Eccleſiã Catholicã, quæ iam indè ab Apoſtolis vſq; in præſens fuit, longè ſuperare, quanq̃ nec ſua ipſorum conſcientia id eis aſſentiatur: neq; ſic tamen vlla ratione conſequens fuerit, ſolos propterea Luteranos ſcripta diuina rectè aſſequi, catholicos autem nunq̃ ea benè cepiſſe. Si em̃ apud

Auguſt. de vnitate Eccleſiæ, & cõtra Donatiſtas.

Diſcrimen morum & doctrinæ.



apud illos quęrenda ſit genuina ſacrarum literarum intelligẽtia, qui præ cæteris eximiam ſibi ſapientiã ac vitæ integritatem tribuant, ſeq́; præ alijs excellẽter & inſignitè eruditos iactitent, iam reuerà non niſi apud hæreticos germana erit ſcripturæ diuinæ explanatio. Ij em̃ vel maximè eiuſmodi res præclaras & pręſtantem eruditionem ſibi arrogant, vtì in Arrianis, Manichæis, Pelagianis & his ſimilibus videre licet.

Hæretici ſuã iactãt egregiã doctrinam & ſanctitatẽ. Luterus in parua confeſsione contra Zuinglianos.

Ecquid verò Luterus pleriſq; locis, pręſertim libro aduersùs Romanum Pontificem agit aliud, q̃ quòd Catholicos om̃es, immò etiã complures Doctores & ſanctos patres, inſulſos, impitos ac rudes aſinos & papaſellos, itẽq́; hermaphroditas, planeq́; nihili homunciones vocat

Libro, quòd Papatus ſupra infernũ extructꝰ ſit.

vocat & execratur? Neq; erga Catholicos modò, verumetiam erga ſuos ſymmyſtas, commilitones & conſectarios, Zuingliū, Oecolampadium, atq; eius farinæ alios ſeſe gerit: adeoq; vir ille ſuî immemor ſeſe effert, extollit, & prædicat, vt Tigurini ipſi ſcribant, deincèps nō ſanctum, ſed ſuperbiæ ſpiritum ex illo loqui.

Lib. contra cæleſtes prophetas.

Tigurini in ſua apologia contra poſtremam Luteri confeſſionem.

Quid autem Illyricus, & q eius factiōis ſunt agunt? Anne ſuam illi iactant probitatem, ſuos immanes labores & ſudores? Illyricus ipſe inprimis, quàm ſit verſatus in Ariſtotele, quàm admirandas ediderit lucubrationes. Sed quid ſcripta diuina eiuſmodi glorioſis hominibus loquuntur? D. Petrus ait: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Et Propheta Deo dicit:

1. Petri 5.



cit: Qui emittis fontes in conuallibus, non in vertice montium. Atq; alibi ſcriptum legimus: Om̄is vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Vanū eſt igitur, iactare ſeſe, & impotenter efferre ac prædicare, cùm Apoſtolus de eiuſmodi luculentèr affirmet, Dicentes ſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.

Pſal. 103.

Eſa. 40.

Rom. 1.

Quòd verò ad Luteranorum egregiam integritatē & probitatē attinet, equidem non video quid indè commemorem. Sētio autem Luterum ipſum plurimùm de ea addubitâſſe, cùm ille acerbè admodū & infeſto animo in ſua Poſtilla magna in Euangelium Dominicę primæ aduentûs conqueratur, ex ipſius euangelio homines longê deterio-

deteriores euaſiſſe, quàm in Papa-
tu vnquàm fuerint. Adeò enim vi-
tia & flagitia ſub hoc ipſius Euan-
gelio longè lateq; increuiſſe, vt in
ipſum malum dæmonem tranſiê-
rint. Atque eſt id ſanè verum pſeu-
doprophetarũ ſignum, cùm fieri
non poſſit, vt de ſpinis vuæ, aut de
Matt. 7. Luce 6. tribulis ficus colligantur. Qualis
enim arbor, tales & fructus: cuiuſ-
modi magiſter, haud alij diſcipuli:
qualis doctrina, talis vita.

Quòd autem illi nobis contra
obijciunt vitam malam Eccleſiæ
procerum & Cleri, tanquàm ij
publicitùs ſcortationi, crapulę, aua-
ritiæ, alijsque Epicuræis voluptati-
bus perpetuò dediti ſint, in pręſens
defendendum non ſuſcepi. Do-
lendum profectò eſt, priſcorum il-
lorum ſacerdotum honeſtam mo-
rum diſciplinam & continētiam,
tot iam ſcatere pudendis offendi-
culis & ſcandalis, ijs præſertim lo-
cis, vbì Eccleſia oppugnatur. In-
terìm tamen nihil prorſus ambi-
go, tametſi in bonam ſacerdotum
partem ea poſſint conferri vitia,
quę à Luteranis adferuntur, nihilo
minùs hinc indè permultos ha-
beri benè moratos & compoſi-
tos, proboſque & eruditos Præ-
latos & Sacerdotes. Porrò vtri-
uſque partis ſtudioſos inpri-
mìs deceret, vnumquemlibet in
hoc ante omnia intentum eſſe,
ſuis vt ex oculis trabem, deindè
verò ex alienis feſtucam extrahe-
ret.

Vtcunquè autem ſe res ha-
beat, nouit DOMINVS qui 2. Tim. 2.
ſunt eius: nouit itidèm, qui re-
uerà

uerà boni ſint, & qui minimè. Quamobrem ſacerdotum integritate ac probitate neutiquàm nitẽdum eſt. Si enim ea neceſſariò niti nos oporteret, ſacramenta omnia reuocarentur in dubium, præſertim verbi miniſterium, vel cõcionandi munus, quãdò nemo compertum habere poteſt, cuiuſmodi ſit erga Deũ animus ſacerdotis vel concionatoris. Atqui vt eam dubitationem Chriſtus Dominus à ſuis venerandis ſacramentis & à concionandi functione penitùs amoliretur, omnibus certam quandam, qua liceat pſeudoprophetas internoſci, regulam propoſuit, indubitatum quoddã tradendo diſcrimẽ doctrinæ atq; perſonæ ſiue doctoris: eaq; regula in triplici obſeruatione conſiſtit. Prima eſt, cùm doctrina

Certa atque vtilis regula.



ctrina in ſeipſa bona & integra eſt, vita autem doctoris mala & culpabilis. Altera, cũ vita doctoris inculpata eſt, at doctrina falſa & vitioſa. Tertia, vtì doctrina ex vita doctoris, atque è diuerſo vita ex docentis doctrina cẽſenda & iudicanda ſit.

I. obſeruatio.

Quòd ad primam obſeruationem attinet, ipſe Dominus Iesvs luculentam promit inſtitutionem atq; præceptionem his verbis: Super cathedrã Moſis ſederũt ſcribæ & phariſæi. Oĩa ergò q̃cunq; dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecũdũ opera verò eorũ nolite facere. Ex quibus Dñi verbis id pſpicuè licet animaduerti, auditores non tã attentos eſſe debere ad vitam, q̃ ad doctrinã: ſiquidẽ fieri poteſt, vt in doctoris inſtitutionem & doctrinam nulla cadat repræhenſio, vita

Matt. 23.

aũt eius culpãda ſit. Quanuis eñi tũ ſupiorib⁹ ſeculis, tũ hac noſtra ętate pleriq; ſanè ac integrè Catholicam doctrinã, & abſq; vlla deprauatiõe Dei verbũ ediſſerãt & ad populũ cõcionent, at ijdẽipſi interim non viuunt cõueniẽter ijs q̃ docent. Neq; eſt vlla hodiè populi aduersùs Clerũ acerbior querimonia, q̃ q̄ pleriq; ex ijs, q in Clero numerant, vitã agant ipſorũ canonibus prorſus repugnantẽ. Populum enim hortant honeſtè, decenter ac religiosè vitã agere ſuam, ipſi verò hãc ſuam inſtitutionẽ nec minimo attingũt digito: euenitq; iam ferè, quod Dñs p Prophetã ait: Expectaui vt vinea mea faceret vuas, & fecit labruſcas. Et quod porrò ſequit: Vę, q cõſurgitis manè ad ebrietatẽ ſectandam, & potandũ vſq; ad veſperã, vt vino

Eſai. 5.



no æſtuetis: Cithara & lyra & tympanum & tibia in cõuiuijs veſtris, & opus Dñi non reſpicitis. Iſthuc negare qs poteſt? Nimiũ proh dolor verũ eſt. Num aũt virtuti cõſentaneũ, an verò Catholicum id eſt? Nullus hoc catholicus affirmauerit, null⁹ Chriſtianus approbuerit. Noſtrę eñi religionis inſtitutio & doctrina, vetat iſthuc & interdicit, & Catholica dãnat Eccleſia. Quãdò verò ea, q̃ dixim⁹, vitia haud obſcurè in noſtris hęrẽt ſacerdotib⁹, platis, antiſtitib⁹, Epiſcopis & Eccleſiaſtis, nũ ꝓpterea etiã catholicę fidei noſtrę doctrina vitioſa ac improbabilis cenſenda eſt? Minimè ſanè. Oĩa quęcũq; dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecũdũ opa verò illorũ nolite facere. Et, Primũ eijce trabẽ de oculo tuo, & tũ videbis eijcere feſtu-

Matt. 23.

Matt. 7.

Ioan.8.

ſeſtucã de oculo fratris tui. Et, Qui ſinè peccato eſt veſtrûm, primꝰ in illã lapidem mittat.

Galat.6.

Itẽ, Debemus alter alterius onera portare, vt oẽs ſalui efficiamur, nec facilè iudicare quẽquam, nè nos quoquè iudicemur.

Rom.2.

Huic iam è diametro aduerſa eſt altera obſeruatio vel conſideratio, nempe, nonnullos vitam prę ſe ferre benè moratam, pulchreq́; cõpoſitam, quorum tamen falſa &

Altera obſeruatio.

hæretica ſint dogmata. Quos vt vitemus, ſeriò nos ipſe Dominꝰ hortatur his verbis:

Matth.7.

Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouiũ, intrinſecùs autẽ ſunt lupi rapaces.

Picardorũ veſtes ouinæ.

Anne Picardi pulchrè ſeſe ouinis pellibus contegunt? Nulla apud ſe fœnera, nulla ſcelera, nullos potatores, ſcortatores, fures, adulteros patiuntur. An

verò



Anabaptiſtarum pelles ouillæ.

verò Anabaptiſtis eiuſmodi ouiũ pelles deficiunt? Nullis ij armis vtuntur, vt ſuam teſtentur patientiam: nihil ſibi ceu proprium vendicãt, vt auaritiam declinent: pane ſuo veſcuntur in ſudore vultûs ſui, laborãt fideliter, & prolixè & libẽter Deum precantur. Manichæorũ quænam erant ſtudia? Non veſcebãtur carnibus, vt corpus ſuum in Dei cultum caſtigarent. Quæ verò Encratitarum? Abſtinebãt illi, ceu abſtemij, perpetuò à vino, vt ſuis ſtudijs tanto poſſent eſſe acriùs intẽti. Quæ deniquè Catharorũ, qui ſe puros dicebant? Om̃i illi ſibi interdictũ eſſe volebãt mundi huius voluptate, intemperantia, diſſenſione, pompa, & vitijs omnibus. Ecquis verò hæc neget fructus fuiſſe laude dignos, & præclaras ouium



pelles?

pelles? Atquì ſi ex fructibus & id genus ouium veſtimentis doctrinę veritas aſſerenda ſit, quis tandèm eos, quos iam memorauimus, hæreticos, hoc ipſo, id eſt, hæreticorũ nomine deferre & cõdemnare auſus erit? Nemo ꝓculdubiò. Quam ob rem? Quòd fructus boni ſint, itaque non poſſit arbor eſſe mala. Veſtis ouina eſt, nullus hîc conſpicitur lupus. Planũ igitur teſtatũq; hinc efficit, ex vitæ externæ & bonarum actionum pulchra ſpecie, doctrinæ veritatẽ nequaq̃ ſemper colligi ac ponderari oportere.

Fortaſsis autem percontetur quiſpiam, quid ſibi velit, quòd Dñs ait, Ex fructibus eorũ cognoſcetis eos? dicatq;: Si quidem pſeudoprophetæ ex eorum fructibus cognoſcẽdi ſunt: quo igit̃ loco me habere conuenit Stebleros, itẽq; Vualdenſes? Horũ enim vitę fructus carpi non poſſunt: at luce meridiana clarius eſt, eorum dogma vanũ & falſum eſſe. Quid faciã igit̃? Huc pertinet tertia obſeruatio: quo pacto doctrina ex fructibus, atque è diuerſo fructus ex doctrina, num bona vel mala ſint, dijudicari atq; æſtimari queant. Qua in re id pręcipuè penſitandum venit, modò huic obſeruationi velimus ſatisfacere, doctrinã ipſam nõ ex ſolis fructibus metiendã, ſed quatenùs vtraq;, id eſt, & doctrina & fructus, pulchrè ſibi conſentiunt. Dubitari enim nõ poteſt, vbi fructus doctrinæ, & doctrina fructib⁹ cõſentanea eſt, alterũ alteri verũ poſſe ꝓbere teſtimoniũ. Quãobrẽ Dñs ipſe quãdã tradidit regulã, tertiã hanc obſeruationem

Matt. 7. Lucę 6.

Stebleri ſunt Anabaptiſtæ.

Tertia obſeruatio.

nem probè aſſequendi, cùm apud
Matt. 12. Matthæum eiuſcemodi oratione
vtitur: Aut facite arborem bonam,
& fructum eius bonum: aut facite
arborem malam, & fructum eius
malum: ſiquidem ex fructu arbor
agnoſcitur. Ità nimirùm idem Dn̄s
Ioan. 10. cõtra incredulos illos Iudęos argu-
mentatur: Si mihi non vultis credere,
operibus credite. Cur hoc? Opera
enim & facta Chriſti, cũ doctrina
pulchrè cõgruebant, itẽq; doctrina
cum operibus. Eum in modum ſe
habuit etiam Prophetarum, Apo-
ſtolorum, martyrum, aliorumque
ſanctorum hominum doctrina &
vita. Qua ex collatione nõ imme-
ritò poteſt confici & colligi, quan-
doquidem vita illorum honeſta,
actiones bonæ & inculpatæ, egre-
giję; fructus fuêre, doctrinã itidèm
ab


ab illis propagatam, planè Chriſti-
anam & integram fuiſſe. Quam ob
cauſam? Quòd eorum doctrina &
inſtitutio eadem alijs facienda pro-
ponebat, quę ab ipſis fieri dubium
non erat. Iurè igitur de illis dici po-
teſt: Ex fructibus eorum cognoſce-
tis eos. Eadem porrò ratio eſt falſæ
doctrinæ, & vitæ improbæ ac ſce-
leratæ. Luteri dogma eſt, nõ magis
poſſe quempiam ſibi temperare à
fœda carnis exercenda libidine, q̃
ab eijcienda oris ſaliua. Ex hac ar-
bore qui fructus prodiêre? Ij vide-
licet, quòd cùm continenter viue-
re in eorum numero reponẽdum
ſit quæ fieri non poſſint, nulla ferè
virgo, nullus vir continentiæ dare
velit operam, nec vlli ſtudere pu-
dicitiæ: ſed, ſi matrimonij ineundi
nulla adſit oportunitas, om̃e ſcor-
 tationis

tationis genus ex hac ipſa radice, ꝙ continentia virium humanarũ excedat facultatem, apud ſenes & iuuenes, viros & fœminas, emerſiſſe videamus: idq; adeò & propalàm, vt nunquàm antehàc quicquam eiuſmodi Germania viderit.

Luterus 6. Tomo, libello de matrimonio.

Docet Luterus, permiſſum eſſe fœminæ, ſi maritus illi⁹ nõ ſit idoneus reddendo matrimonij debito, his eum cõpellare verbis: Cernis mi vir, non poſſe te mihi reddere debitum: liceat mihi cum tua bona venia clàm inire coniugium cum fratre aut proximo cognato tuo, ità vt tibi nihilo minùs mariti vocabulum permaneat, nè facultates tuæ in aliorum veniant manus, &c. Eiuſmodi petitiõi ait Luterus, fas non eſſe marito negare aſſen-



ſum, ſed eius etiã proles alere eum oportere. Quòd ſi nolit, clanculùm eam ab illo fugere debere. Anne inſignis iſthæc plantula eſt? Quos verò illa nobis fructus pepererit? Hos videlicet, vt iam fas ſit germano fratri etiamnùm ſuperſtitis fratris ſui vxorem, Herodis inſtàr, & vt frequens hodiè in Luteriſmo vſus obtinet, ſibi coniugem adſciſcere: item que vni fœminæ plures maritos, atq; vni viro multas habere vxores, vt apud Turcas more cõparatum videmus, & in Germania noſtra nedum apud Monaſterienſes, verùm etiam locis alijs publicè compertum eſt: Num verò iſtiuſmodi fructus vel tantillùm à doctrina diſcrepant?

Luteri diſciplina habet: Si non vult vxor, veniat ancilla. Ex qua præ-

præclara arbore ille nobis eximius ꝓdijt fructus, vt totus Luteriſmus adulterijs & petulantia planè coopertus ſit, adeoq́; occupatꝰ & obrutus, vt ipſi quoquè Luterani concionatores in id inuehantur, nec ſatìs admirari queant, cùm nō ſint neſcij, hoc flagitium in Papatu, vt ipſi loquuntur, nunquàm vſq; eò increbuiſſe.

Luterus lib. de Chriſtiana libertate.

Eſt prętereà Luteri etiam iſthęc inſtitutio, ieiunia nō niſi humana eſſe commēta: Chriſtianam libertatem nulla ieiunia, nullū ciborū delectum poſſe perpeti. Huius illuſtris arboris ille nobilis fructus extitit, vt hoc noſtro æuo plùs centuplo commeſſationibus, potationibus, luxui & crapulæ indulgeatur, q̃ vllis retrò ſeculis in Germania.

Luterus cōtra duo Cæſaris mandata.

Docet Luterus nullum eſſe magiſtratum,



giſtratum, ſummo magiſtratui nullam præſtari oportere obedientiā, nihil neq; ſubſidij neq; auxilij ferendū contra Turcas. Ecquis verò ex hoc Euangelico trunco ſurculus emerſit? Principiò quidem bellum ruſticorum, mox Heluetiorum, & Monaſterienſium, & pleraq; alia, quæ ſilentio præterire mâlo: atque perplures aliæ rebelliões & acerba machinamēta aduersùm ꝓcipuos Magiſtratus.

In captiuitate Babylonica.

Luteri doctrina eſt, orbē Chriſtianum ſecularibus lęgibus & cōſtitutionibus neutiquàm adminiſtrari ac regi debere: nullum Dn̄m, immò nec vllum in cęlis Angelum ea eſſe authoritate, vt vel minima ferenda lege Chriſtianos onerare queat. Ecquis huius arboris fructus euaſit? Is nimirùm, vt vel nulla iā,

vel

vel elanguida adminiſtretur iuſtitia, & iudicia ipſa vel callidis quibuſdam & veteratorijs artibꝰ corrumpantur, vel aperta vi opprimãtur, vel alioquì apud magnates quoſdã locis nonnullis id optimũ ius habeatur, quod armis vendicare queant.

Luterus in 3. cap. ad Galat. & Illyricani multis libris.

Prodijt hoc etiã ex Luteri ſchola, Dei & proximi amorem, itemq́; malè factorum pœnitentiam, non eſſe animę ſaluti neceſſaria, ſed, vt Illyricani ſcribunt, virtutes has & alia rectè facta ſiue bona opera, cũprimis pernicioſa eſſe ſaluti. Quem verò hæc arbor fructum nobis ꝓtulit? Eũ ſanè, vt iam in Luteriſmo, ipſo Lutero teſte, longè deteriores ſint homines, q̃ antè in Papatu.

Maiori Poſtilla in Dominicã Aduentûs.

Luterus & Caluinus tradunt, Deum homines impellere ad maleficia,



leficia, & quicquid ab hominibus mali perpetratur, id non Dei permiſſu, ſed eius propria operatione fieri: itemq́; vbì quiſpiam totis viribus in opus bonũ incumbit, eo ipſo eum peccatum admittere mortiferum. Huius arboris fructus ſunt vitia & flagitia omnia, omniuariæ corporis & animæ peſtes & exitia, ſcortationes, adulteria, comeſſationes, compotationes, expilationes, deprædationes, furta, vſuræ, tyrannides, inobedientia, mendacia, impoſturæ, obtrectationes, calumniæ, virtutis ac honeſti & probitatis omnis profligatio, dedecoris, inhoneſti ac turpitudinis omnigenæ excitatio ac promotio: præterea, maledicta, execrationes, blaſphemię, diuini nominis contumeliæ, conuicia, crimi-

criminationes,atq; id genus innumera alia. An non hi ſunt pręſtantes inprimìs egregijque Luterani euangelij fructus? Quis negare auſus erit, neceſſariò hîc adhibēdam eam Domini regulā, Ex fructibus eorum cognoſcetis illos? Qualis eſt enim arbor, tales ſunt etiā fructus:& quales fruct⁹, talis & arbor. Si fructus boni ſunt,non poteſt eſſe arbor mala:ſin verò fructus mali ſunt,arborem quoquè ipſam,conuenienter illi regulæ Dominicæ,q̄ eſt apud Matthęum 12.cap.malam eſſe neceſsè eſt.

Quanuìs autē inficiàs ire nemo poſſit,apud nos quoquè permulta extare probra & maleficia, nemo tamen vnquàm id planum teſtatumq́; facere poterit,noſtrā (id eſt, Catholicā) doctrinam iſthæc vitia tueri



tueri & approbare, aut quippiam eiuſmodi p̄ſcribere& iubere,quod vel diuinis literis,vel alioquì ciuili magiſtratui ſit aduerſum,quemadmodùm Luteranum facit euangelium. Iure igitur nos Luteranos, tāquàm pſeudoprophetas,ad hanc regulam exigētes,ex ipſorū fructibus eos æſtimamus & iudicamus. Atquì illi contrà de nobis idem facere non poſſunt: quandoquidem mali & degeneres fructus,qui apud nos conſpiciuntur,ad perſonas,nō ad doctrinam,referēdi ſunt: at Luteranorum flagitia & ſcelera, non in perſonas modò,ſed etiam(vt eſt antè dictum) in doctrinam ipſam ſunt reijcienda.

Quanquàm vtcunquè ſe habeant vita & fructus perſonarum,abſoluta quædā laicis & plebeijs hominibus

D

minibus à Domino regula tradita eſt, qua germanam doctrinam à pſeudoprophetis internoſcant & ſecernant, dum eos iubet, ſcribarũ in cathedra Moſis ſedẽtium dictis parére, non autem ſecundùm opera illorum facere. Qua in re vnicuilibet è religione Chriſtiano, cui tamen ſalus ſua cordi ſit, duo quædã diligenter penſitanda veniunt. Primò quidem, vtì nôſſe liceat, quæ ſit legitima Moſis Cathedra, quæ nõ: Deindè verò, vt laici & vulgares homines erga degenerem cleri vitam gerere ſeſe debeant.

Matth. 23.

Canon, vtì vera doctrina à falſa queat internoſci.

De primo agè dicere incipiamus. Poſteaquàm noua Luteri dogmata tam longè & latè in vulgus ſparſa ſunt, tamq; multiuariæ compugnantesque ſectæ, ſchiſmata & hæreſes extitêre, vt vulgares laici,





vel etiam nõnihil in literis verſati, ex his perplexis & intricatis diſceptationibus ſeſe expedire nequiuerint, bona hominum pars eò perducta eſt, vt de omni religione iam dubitent atque vacillent, putentq; Chriſtianam fidem nõ niſi hominum eſſe commenta & mera quædam figmenta, atq; ex eiuſmodi cogitatione tandèm in turpiſsimos Epicuri de grege porcos abeant ac transferantur, quorum iam proh dolor in Germania ingens prouentus eſt. Vndè reuerà non mediocriter formidandũ eſt, niſi hęreſes iſtę aboleant̃ ac profligent̃, ꝑpotentem Deũ vel Turcarũ principẽ, vel aliũ tyrannum excitaturũ, eumq; ceu immanẽ & crudelẽ lanionẽ in eiuſmodi Epicuręos porcos & vẽtres immiſſurum, atq;

ità pios, quos ipſe pro ſua clementia tueri dignetur, vnà cum impijs opprimi & extingui permiſſurum.

Vt autem pij omnes & religioſi Chriſticolæ aduersùm eiuſmodi aſoticas & Epicuræas cogitationes bona fide communiantur ac præmoneantur, D. Paulus diſcipulum ſuum Timotheum, atq; in illo oẽs nos, hac oratiõe inſtituit & adhortatur: Om̃is ſcriptura diuinitùs inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiẽdum in iuſtitia: vt perfectus ſit homo DEI, ad omne opus bonũ inſtructus. Idemq; Romanis ſcribens: Quæcunque, inquit, ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinã ſcripta ſunt: vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum, ſpem habeamus. Hęc nõ humanitùs ab Apoſtolo

2. Tim 3.

Rom. 15.



ſtolo excogitata ſunt, ſed ipſa ſunt verba DEI, per Spiritumſanctum Apoſtoli ore prolata, eiuſdemque manu exarata: eſtq; inprimìs ſeriũ Dei præceptum, vt ſcripta diuina vera fide amplectamur, iter ſalutis noſtræ ex illis diſcamus, atq; in eo hac ratione perſiſtamus & ingrediamur, vt ab illo neq; ad dextram, neq; ad ſiniſtram deflectamus. Id verò vt certiùs agere & conſequi poſsimus, neceſſarium eſt non ſolam ſcripturæ literam vel nudum textum legere, ſed etiam verum ac genuinum illius ſenſum & intelligentiam, ac indubitatam habere explanatiõem & interpretationẽ. Litera enim occídit, ſpiritus autem viuificat. Quam ob cauſam DOMINUS Iudæis loquẽs: Scrutamini, inquit, ſcripturas, quia vos putatis in

2. Cor. 3.

Ioan. 5.

 ipſis

ipſis vitam ęternam habere. Atqui aliud eſt, legere: aliud, ſcrutari. Itaq; in magno illi hac ætate verſant̃ errore, qui clamitant nihil recipiendum præter ſacras literas, neq; vllis interpretationibus, vtpotè quæ nõ niſi humana quædam commenta ſint, fidem adhibendam &c. Quod ſi illi ex animo loquuntur, mirum eſt, cur tot libros ſcriptitẽt in vetus ac nouum Teſtamentum, eosq́ue typis excudendos curẽt: cur totiès illi, tamq́; prolixè ad vulgus concionentur, neq; ſolùm ſcripturæ textum recitent, ſed eum quoquè interpretentur: atque has ſuas interpretationes non dubitent pro Dei verbo obtrudere, vulgóque haud alitèr quàm DEI verbum amplectendas tradere & ſeriò mandare. Anne verò immanis hæc eſt illorũ concionatorum & horrẽda temeritas ac arrogãtia? Cũ nos à noſtra parte ſanctiſsimorũ Patrũ, adeoq́; totius Catholicæ Eccleſiæ explanationes, quibus ſcripta diuina explicantur, proferimus, illi ceu œſtro quodam perciti inſaniunt ac debacchantur, ſanctos Patres fuiſſe homines aſſerunt, Eccleſiã in multis erràſſe: quæ ab illis elucubratæ ſunt ſcripturæ ſacræ expoſitiones, eas non niſi hominũ eſſe cõmenta & figmenta, minimè verò verbum Dei: atq; eam ob rem nihil neceſſum eſſe illis fidem commodare. Contrà verò, cùm eorũ aliquis Eccleſiaſtes è pulpito verba facit, id p̃cipit perſuadetq́ue populo, ni animarũ ſuarũ velint iacturam facere, neceſſariò eos credere oportere, eã quã è ſuggeſtu habet cõcionem & verbi

Error legẽtiũ ſcripturam abſque germano intellectu.

Obſerua impoſturã Luteranorum concionatorum.

verbi Dei interpretationem, purũ putum eſſe Euangelium, neq; alio loco eam ab illis haberi & accipi debere. Hæccine, inquam, non inaudita quædam, impudens ac impotẽs petulãtia & abominanda temeritas eſt, non vereri concionatores illos ſuas interpretationes & ſui cerebri malè ſanas & erroneas cogitationes ac phantaſias purum Dei verbum Euangelium dicere, easq́; pro Dei verbo & Euangelio alijs obtrudere: porrò Catholicæ Chriſti Eccleſiæ concordes, ſynceras, puras ac veriſsimas verbi DEI explanationes, hominũ commenta & opiniones appellare, easque explodere & condemnare, cùm tamen his ipſis Catholicæ Eccleſiæ interpretationibus Chriſtiana reſpublica & vniuerſus orbis Chriſtianus

Luterani Eccleſiaſtæ ſua cõmenta, vocant Dei verbũ.

anus



an⁹ extiterit & ort⁹ ſit, atq; in veritate annos mille quingentos perdurârit, innumeræq́; animæ ſempiternam ſint adeptæ beatitudinẽ? contra verò ex nouorum iſtorum cõcionatorũ expoſitionibus planè diuerſa profecta ſint, vtì horrenda ſchiſmata, virulentæ ac multiuariæ hęreſes, adeoq́; turpiſsima, aſotica, ſeditioſa, contentioſa, infida ac improba vita, quæ ex nouis Luteranorum interpretatiõibus promanârunt, ſatis ſuperq́; teſtantur?

Atquì concionatores iſti, quò populum hoc immani errore, in quem ab illis miſerandum in modum abductus eſt, irretitum ac implicatum tenere queant, eiuſmodi illi fucum faciũt, ſoli quidem ſcripto Dei verbo integram eſſe commodandã fidem, at cõcionatorum

Luteranorũ cõcionatorum peſtifera impoſtura.

 expo-

Indoctum vulgus, doctoris & Iudicis debet perſonam ſuſtinere.

expoſitiõi eatenùs eos credere debere, quatenùs cum Dei verbo cõſentiat: hoc eſt, ſimplex, indoctum ac rude vulgus debere ſententiam ferre de fide ſua, & certum exploratumq; habere, num Eccleſiaſtę vera vel falſa doceant, num eorum explanationes vel conciones eatenùs cum Dei verbo conſentiant, vt Dei verbum poſsint appellari. Quæ illorum egregia techna ſi vera ſit, debeatq; conſiſtere, non poteſt non vanum illud eſſe & cõmentitium, quod D. Paul⁹ ad Epheſios ſcribẽs, ex Pſal. 67. ꝓfert: Aſſcendẽs (Chriſtus) in altum, captiuã duxit captiuitatem, dedit dona hoĩbus: videlicet, Dei verbũ. Vt aũt perſpicuum eſſet oĩbus, quęnam ſint illa dona, ſubiungit Apoſtolus: Et ipſe dedit quoſdam quidẽ Apoſtolos, quoſdã autem

Epheſ. 4.



autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas: ab hac enim triplici functione & miniſterio, nempe Apoſtolorum, Prophetarũ & Euangeliſtarũ, ſcriptura ſacra ex Sanctiſpiritûs inſtinctu cõfecta eſt. Porrò cũ eadẽ multis ſcateat myſterijs, eam ob rẽ Chriſtus Dñs non modò Apoſtolos, Prophetas & Euangeliſtas, ſed pretereà etiã paſtores & Doctores dedit, qui Apoſtolicę & Propheticę doctrinæ verũ germanũq; ſenſum populo traderent & explicarent.

In hoc igĩt negocij hui⁹ cardo vertiĩ, vt vel paſtores & Doctores vulgũ inſtituant, eiq; ſcripta diuina interpretent̃, quẽadmodũ Paulina vult ꝑſcriptio, vel certè vulg⁹ ipſe iudicis & doctoris pſonã ſuſtineat in ipſos, vel ꝑter ipſos doctores & Paſtores ſuos. Eligat qſq; ex his vtrũ volet: mihi

Heb. 13. Laici ſuis ſacerdotibꝰ & epiſcopis debent obtemperare.

mihi quidem ſtat ſententia, Apoſtolo ſubſcribere. Itaq; diſertis ego verbis pronuncio, vulgus diſcere debere, non docere, ſed ſuis præpoſitis, paſtoribus & doctoribus obedire neutiquàm illos iudicare, & in religiõis negocijs velle inſtituere: atq; è diuerſo ad Doctores & Paſtores id pertinere, populũ vt probè inſtituant, germanamq; illi ſcripturæ ſacræ mentem, intelligentiã & interpretationem proponant, atq; iuxta veritatis clauem tum ligare, tum ſoluere peccata nôrint.

Luterani Pontifices vel Papæ & Epiſcopi.

Iam quod pleriq;, in vrbibus quidẽ conſules & ſcholarum præfecti, in pagis nobiles, & in aulis principũ cancellarij ſuis parochis diuinas literas interpretandi, ſacramẽta adminiſtrandi ac diſpenſandi, deniquè omnia Eccleſiaſtica officia & miniſteria ꝓ cuiuſlibet prophani magiſtratûs vel ſecularis Domini iudicio & arbitratu exequẽdi modum & formam præſcribere moliuntur: ea ſanè nouitas quàm vel ſalutaris, vel exitioſa ſit, tempus ipſum breuì docebit. Nihil enim tam eſt reconditum & occultum, quod non quandoquè proferatur in lucem. Cordatus quiſq; ſecum ipſe perpendat, quid tandèm indè conſecuturum ſit, quòd hodiè ſinguli magiſtratus & Domini ſeculares ſiue prophani, etiam nulla eruditione præditi, & qui vix pagum vnum teneant, pro ſuo arbitratu parochos inſtituunt ac deſtituunt, eiſq; præcipiunt, miſeræ vt plebeculæ hanc vel illam ſiue doctrinã, ſiue ſectam, prout ipſi nocte ſomniârint, amplectendã tradãt, nec vllam

vllam oĩnò aliam. Ità fit, vt ſi (verbi gratia) conſul, ludorũ pręfectus, vel nobilis ſit Suencfeldianus, etiã Eccleſiaſtes non alitèr, q̃ Suencfeldij dogma habet, cõcionari & vulgus idem dogma complecti ac retinere cogat̃. Si verò ſit vel Zuinglianus, vel Oſiãdrin⁹, vel Anabaptiſticus, vel Illyricanus, vel Vuittẽbergẽſis, vel Maioriſta &c. iam miſera plebs quamprimùm nouã diſcere fidẽ, priori nunciũ remittere, & ſinguli ſubditi miſeras aĩas & ſempiternã ſalutem ſuã in ea conſtituere compellantur, nec fas habeant vel verbo vno refragari.

*Luterus lib. de Chriſtiana libertate.*

Cùm noua hæc diſciplina primùm exiſteret ac promulgaret̃, vt ſpiritales oẽs magiſtratus, poteſtates, & cõſtitutiones atq; ſanctiones abrogarent̃, non deerant, q dicerẽt,

minimè



minimè id rationi eſſe conſentaneum, vt homines fidem amplecti cõpellant̃, ſed cuiq; liberũ prorſus eſſe debere, quicq̃d illi ſpiritus ſuggerat, citra vllum impedimentum credere vt id poſſit atq; ſeruare. Ità Luterus ſcripſit libro ſuo de Chriſtiana libertate & captiuitate Babylonica, atq; alijs multis locis: eaq́; ſua cõmẽtitia libertate Chriſtianas oẽs ſanctiões & Eccleſiaſtica decreta & leges eatenùs peſſũ preſſit atq; ꝑfregit, vt ex hac eius oratiõe Thomas Munzerus anſam arripuerit ruſticorũ bellum excitandi, in quo vltra centũ hominum millia, vt eſt à Sleidano annotatum, in noſtra dulciſsima Germania periêrunt. Ex eadem oratione alius quidam, Bernardus Rotman dictus, Anabaptiſmũ hoc pacto auſpicatus eſt, ꝙ

*Lege lib. Luteri contra duo Cęſaris mandata, & literas ad ducẽ Saxoniæ, quibus Munzerum purgare nititur.*

Luterus

ſiæ morem repetunt, vetantq́; eorum, qui ab ipſis defecerint, & cum ipſis pugnent, ſectariorum atque ſymmyſtarum libros diſtrahi & lectitari, & è ſuis oppidis, villis & regionibus cõcionatores eos omnes, qui ab illis diſsideant, quantùm vi conſequi poſſunt, pellunt atq; profligant. Ità apud hæreticos omnes iam more comparatum videmus, quod etiam D. Athanaſius & Tertullianus de illis tradidêre, vt quod hodiè apud illos ęquum eſt, cràs ſit iniquum: quod hodiè prędicatur, cràs vituperetur: ſintque illi inſtar arundinis ad ventum omnem flexiles, nec vlla in re ſibi conſtent.

In Decretis Synodi Nicenæ. Lib. Preſcriptionum.

Melanchthon vbi ſenſit hac ſua & Luteri peruulgata libertate huic multiplici defectioni & calamitati materiam oblatam eſſe, in aliam ſe formã



formam tranſtulit, & cui anteà nõ niſi duo ſacramenta, Baptiſmũ & cœnam aſſerere viſum fuerat, non longè pòſt duo alia ijs adiũxit, Pœnitẽtiam & ordinem: pœnitentiã quidem eo nomine, vt dirupta ſolutarum conſcientiarum vincula denuò cõnectere, excommunicationem inſtituere, & Vittenbergę Luteranum Papatum poſſent cõſtituere. Ordinẽ verò ea cauſa, quò Vuittenbergenſes Theologi ſuos apoſtolos, quos vltrò citroq́; concionãdi gratia dimiſſuri eſſent, ſacramento adigerẽt, nè quid illi docere vel cõcionari attentarẽt, pterq̃ quod Vuittẽbergę à ſuis pceptorib⁹ didiciſſẽt: queẽadmodũ ea teſtatᷣ forma iuriſiurãdi, q̃ in Scholę Vuittẽbergẽſis ordinatiõe edita eſt. Quãuìs igitᷣ Luterani pphetę impotẽter

Phil. in Annotationib. in Epiſtolã Pauli. In poſtrema editione locorũ cõm.

Nouus Papatus Vuittenbergæ.

Lege Scholæ Vuittenbergẽſis ordinationẽ.

 in

in Romanum pōtificem deblaterent, incurrant ac debacchentur, q̃ ille doctores ſuos ad permanendū in Catholicæ Eccleſiæ doctrina, & concordi ſcripturæ diuinæ interpretatione obliget & obſtringat, interim tamen ipſi in ſua falſa & hęretica diſciplina & inſtitutiōe id præter ius fasq; actitant, quod Romanus Pontifex in vera ac ſolida verbi diuini intelligentia hactenùs iure optimo ſemper egit.

Illyric⁹ lib. cōtra Iuſtū Menium.

At tamen fruſtrà Vuittenbergēſes Theologi hoc ſuum conſilium & propoſitum ſe conſecuturos arbitrantur. Amſdorffius & Illyricus id eis minimè aſſentiri volūt: quin prouocant illi ad prima Luteri & Melanchthōis ſcripta, quæ palàm ac perſpicuè docent, laicos omnes, viros & fœminas, eſſe ſacerdotes, poſſe



poſſe adminiſtrare ſacramenta, baptizare, ſcripta diuina tractare, ediſſerere, pro concione docere. Eiuſmodi Illyricus iam recèns contra Menium ſcripſit ac euulgauit, vt q̃ illi obieciſſet illud propheticū, Illyricum currere à nemine miſſum: id eſt, ſublime illum ſibi & plus q̃ Epiſcopi munus ſumpſiſſe, ſcripta diuina pro ſua libidine interpretādi, fratres ſuos caſtigādi, & eos hæreſeos accuſandi, Eccleſiam nō vno duntaxat loco, ſed in toto Luteriſmo moderādi, cùm tamē Melanchthō & Adiaphoriſtæ Theologi id illi neutiquàm p̄mittere decreuiſſent, quòd ipſe neq; Papiſtico, neq; Luterano ritu ad ſacerdotiū promotus ac initiatus eſſet, ſed ꝓpria authoritate ab ipſa mox Grāmatices profeſsione ad ſublimitatem

Ierem. 23.

 tem

tem pontificalem tranſcendiſſet.

Luteranæ Eccleſię ſunt Bacchanalicum regnũ.

Verùm in hoc Bacchanalico Luteranę Eccleſiæ regno facile eſt animaduertere, q̃ leuiter ac derepentè laruæ mutent. Dum Meniꝰ & Maior Illyrico obijciunt, eum ad Theologicas functiones neq; accitum, neq; miſſum eſſe, eoq́; minimè id decere, vt in Luterica Eccleſia ipſe ſibi munus pontificium vẽdicare, & reliquos ſuperintẽdentes & parochos oẽs pro ſuo Illyricano dogmate moderari atq; dãnare velit, Illyricus ea reſpõſiõe nitit̃, Homines omnes, vt antè dictũ eſt, ſacerdotes eſſe, putà, telonarios, molitores, balneatores, tõſores, chirurgos, hypodidaſcalos, ludimagiſtros, &c. inprimìs autem Hebraicę Grãmaticæ profeſſores.

Sed quæſo te Lector, animũ aduerte,





uerte, q̃ ſubitò ea cęli facies mutata ſit. Modò nubilũ, ilicò ſerenum, repentè atrum fit cęlũ. Cùm Illyricus in Adiaphoriſtas & Vuittenbergẽſes Theologos calamũ ſtringit, iam ſcripta diuina volunt, vnũquẽlibet mortalium ſacerdotẽ & doctorem eſſe in Eccleſia. Paulò pòſt dũ eidẽ Illyrico res eſt cũ Oſiandrianis in Pruſsia, execrat̃ ac diris eos deuouet, aſſeuerans, caninis medicis, id eſt, Principis Phyſicis, qui id tẽporis Oſiandrini inſtituti concionatores erant, minimè committenda eſſe Religionis negocia & Eccleſiarum adminiſtrationem, quòd medici ad eiuſmodi functionem neque vocati, neque initiati ſint.

Illyricꝰ lib. cõtra Oſiãdrina inſtituta.

Anne præclari, excellentes, egregijque hi ſunt antiſtites, Euangelicique Doctores? Maiore &

Meláchthone cum Pontificijs vel Papiſtis digladiantibus, ſi ex eis p. conteris, vndè illis facta poteſtas ſit ſua reformatione, nouatiõe ac nu- pèr orto Euangelio totum orbem reformandi, cùm tamen nullus ex toto illorum grege ab Eccleſia eò vocatus & initiatus ſit, confeſtìm eos audias reſponſa reddentes ex Chriſtiana libertate & captiuitate Babylonica, quẽlibet hominẽ eſſe ſacerdotem, penès quemlibet ius eſſe & poteſtatem Biblia lectitan- di, ſpiritus probandi, diuini verbi veras falſasq; interpretatiões diju- dicãdi. Mox eodem momento, in ijſdem veſtigijs cernas eos Illyricũ in crimen vocantes, quòd is neq; ſacerdotio, neq; Theologicis mini- ſterijs imbutus ac initiatus, ſeditio- sè ſe gerat in Germania, dum ſub- limes



limes Vuittenbergę ac Lipſię The- ologos pro ſuo arbitratu modera- ri, & pro ſua, qua fungitur, authori- tate ſibi ſubijcere molitur.

Neq; tamen horum omnium vlla habita ratione, cùm Luterani vndiquè ſe ſentiunt veritatis caſ- ſibus implicatos & conſtrictos te- neri, nec vltrà poſſe progredi, in has illi vulpium latebras ſeſe excu- tiunt ac dilabuntur, quòd ſcriptu- ræ ſacrę textus ſatìs ſit ad omnẽ in- ſtitutionem & doctrinam, poſsitq; ab vnoquolibet intelligi, nec vllis gloſsis vel explanatiõibus habeat opùs. Quæſo te lector, an non hæc ſophiſtica planè & hęretica captiũ- cula eſt, non niſi ſcriptum populo textum obtrudere, germanam ve- rò textûs mentem & intelligẽtiam excludere ac repudiare?

Luteranorũ latebra, ſcri- pta diuina non habere opùs expo- ſitione.

 Itidèm

Nudum textum ſcripturæ, exploſa eius genuina ſententia, legēdū, vetuſta hæreſis eſt.

Itidē olim fecēre Sadducæi ante natū ſeruatorē, vt Ioſephus in ſuis Chronicis teſtis eſt: poſt Chriſti ortum, Arriani, Dimeritæ, Apoſtolici, & id genus cōplures alij hæretici, vt eſt videre apud Baſiliū, Epiphanium & Auguſtinū. quòd ſi textus expoſitione nō indiget, ecquid tādèm permouit Dñm IESVM, vt à ſua reſurrectione diſcipulis interpretaretur in omnibus ſcripturis, q̃ de ipſo erant, incipiēs à Moſe & oībus ꝓphetis? quid verò Philippum, vt in Eunuchi Candaces reginę currum aſſcendens, ex illo percontaretur, nū, q̃ in Eſaia propheta legebat, intelligeret? reſpondēte ei Eunucho hūc in modum: Et quomodò poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mihi? ac deindè illi textū ediſſereret, eiusq; genuinam ſententiam declararet?

Lucæ 24.

Acto. 8. Neceſſaria eſt ſcripturæ interpretatio.

Quid



1. Cor. 12. Non omes poſſunt eſſe Theologi.

Quid autē ad hoc dicturi ſunt, quod Apoſtolus ſcribit Spiritumſanctū diuidere ac diſtribuere ſingulis ſua dona, prout vult, vt non omnes omnibus ꝓditi ſint, ſed ſinguli ſua habent peculiaria dona, videlicet, alij gratiam curationū, alij interpretationes ſermonū, alij genera linguarum &c? Neq; fieri poteſt, vt omnes ſint medici, Theologiæ doctores & Iuriſpiti, vel alij, id quod D. Paulus Corinthijs ſcribēs, abūdè ſubindicat & docet, ſumpta ab humano corpore ſimilitudine, in quo multa quidē inſunt membra, ſed ſingula ſuas habent functiones, ſuaque dona. Quid enim tam poſsit abſurdum & inſulſum videri, quàm ſi pedes manuum, & manus capitis, atque è diuerſo hæc aliorum velint officio fungi?

Ibidem.

Eadem

Eadem ratio eſt donorum & functionum in Republica Chriſtiana, in cuius ędificationem multiuaria Deus miniſteria diſtribuit, maximè verò ad capeſſendum verbi ſui diuini ſyncerum & verum intellectũ: quod ſi à quolibet vulgari homine abſq; interprete & doctore rectè poteſt intelligi, quorſum attinebat quibuſdam ſpeciatìm donũ interpretatiõis à Sanctoſpiritu tribui?

Sed quid multis opùs eſt? Legãt Moſes, legant Prophetę: qd in his oĩb⁹ eſt, quod ante Chriſti aduentũ nõ multa habuerit abſtruſa & recõdita myſteria? Ecquid verò ipſe ſibi Dominus voluit, cùm ad diſcipulos diceret: Vobis datum eſt nôſſe

Lucę 8. myſterium regni Dei, cæteris autẽ in parabolis: vt videntes non videant, &

ant, &



ant, & audientes non intelligant? quid hac, inquam, oratione Dominus innuit? Illud nimirùm, peculiare eſſe Dei donum, ſcripturam ſacram probè intelligere: idemq; donum peculiariter præſtitum eſſe Apoſtolis, eorũq; diſcipulis & ſucceſſoribus ſacerdotibus, illorũ officio functuris: Porrò vulgo hominum ſufficere, vt quantum eſt ſaluti neceſſarium, ex Doctoribus & Paſtoribus ſiue parochis per ſimilitudines & ꝓuerbia ſcripturę diuinæ explanationem percipere: id quod innumeris ſacrarum literarũ teſtimonijs confirmari poteſt.

Doctores Theologi, ſcripta diuina interpretari debent.

Equidem libens ex noſtris ſectarum architectis diſcerem, cùm illi aſſerant textum ſcripturæ ſufficere, nulla eſſe op⁹ exegeſi, vel gloſſa, cur tot illi libros ſcriptitent, tot com-

Si ſcripturæ ſupuacanea eſt expoſitio, Luteranorum libri itidèm ſuperuacanei ſunt.

cõmenta, tot interpretatiões, enarrationes, explicationes abſq; vllo vel modo vel termino edant. Si nulla eſt enarratione opùs, certũ eſt, oẽs Luteranorum libros non niſi ſuperfluos ac futiles eſſe labores, meraſq; miſerę plebeculę impoſturas. At ſi mihi fas eſt hac de ſtropha qd ſentiam, liberè edicere, certè nõ id illi volũt, ſcripta diuina exponẽda nõ eſſe, ſed vt populus ipſorũ explicationes haud alitèr q̃ ipſum Dei verbũ recipiat, nec alio, q̃ verbi diuini loco habeat. Cõtrà verò, vbi Luterani nobiſcum, id eſt, cũ Catholicis cõfligunt & diſputationẽ ſuſcipiunt, nullã ſcripturæ interpretationem valere, atq; hũc Canonẽ inprimìs nobis in os ingerendũ, verbũ Dei pſpicuum, dilucidũ, clarum eſſe, explanationem oẽm reſpuere, nullam



nullam neq; priſcorũ patrum, neq; catholicę Eccleſiæ exegeſin deſiderare. ſed hęc ea de re dicta ſint ſatìs, ſcripturã ſacrã explicari oportere.

Atquì neceſſaria hoc loco q̃ſtio incidit, quandoquidẽ tot tãq; multiplices ſcripturę ſacrę interpretatiões emergũt, neq; tñ fieri poteſt, vt vna in re pl⁹ vno verũ eſſe queat: ſi qdẽ ſcripta diuina in ſeipſis vera ſunt, quod nullã habet apud quẽlibet Chriſtianũ dubitationẽ, nõ poteſt igiẽ germana quoq; illorũ explicatio vera nõ eſſe, haud ſecùs atquè ipſa ſunt, quô textûs & gloſſæ vna ſit eadẽq; diuina veritas. Indè verò id neceſſariò cõſequiẽ, ex oĩb⁹ hiſce cõpugnantib⁹ interpretatiõib⁹, q̃ iã cumulatìm ꝓdeũt & iã pridẽ editę ſunt, nõ niſi vnã verã eſſe poſſe, reliquas oẽs falſas & cõmẽtitias.

Quæſtio neceſſaria, quonam ſcripta diuina veriꝰ exponant.

Sit

Sit hoc exempli cauſa: Nullus Chriſtianus it inficiàs, hæc cœnæ Dominicæ verba, ipſius eſſe DEI, quibus ait: Accipite & manducate: Hoc eſt corpus meum. Quid his poſſit dici apertiùs & explicatiùs? Quid verò accidit? Sectæ om̃es nõ negant vera hæc eſſe, nullæ ſectę ea negant: atque in hoc conſentiunt omnes, eſſe ea Dei verba. Vndè igitur immanis hęc exiſtit & ſchiſmatica diſcrepantia ac diſſenſio? Non hinc ſanè, num ſectæ ſingulæ Dei verbum habeãt, ſed quænam probè illud intelligat. Zuinglius ait voculas illas, Hoc eſt corpus meum, tantũdem valere, atquè, Hoc ſignificat corpus meum. Oecolampadius ità eas interpretatur, Hoc eſt ſignũ vel ſymbolũ corporis mei. Carolſtadius ità: Hic aſsidet corpus meum:

Vide Luteri breuem cõfeſsiõem de Cœna.





meum: Suencfeldius, Hoc eſt ſpiritale corpus meũ: Luterus, Hoc eſt naturale corpus meum in pane naturali: Catholici verò, Hoc eſt corpus meum, id eſt, ſub panis ſpecie verum eſt corpus Domini.

Iam quid faciet quilibet è vulgo homo imperitus in hiſce tam diſcrepantibus ſcripturæ explicationibus? Certè ſi ille ad omnes has tã pugnantes interpretationes cum ipſa ſcriptura conferendas, & nè in hæreſes & animæ ſuæ exitium miſerè abducatur, ad inueſtigandam in ſcripturis veritatem obligatus eſſe cenſendus eſt, non paulò ille doctior & perſpicacior reuerà ſit oportet, quàm Doctores illi oẽs, inter quos iſthæc agitatur concertatio.

Imperito laico quid agendũ, vbi pugnantes exiſtunt interpretationes.

Id verò humano modo ille prę-

cæco poſsibile non eſt, niſi certum aliquod habeat ſymbolum ab illis, qui ſanis & perſpicacibus ſint oculis. Ecquod verò eſt eiuſmodi ſignū ſiue ſymbolum, aut vndè vel à quo petendum? Neutra ex parte omnipotens Deus quicquam deeſſe voluit, ſed miſero, cęco, imperito laico certū quoddam ſymbolum ea ratione præſtitit, vt modò ipſe curam habere velit ſalutis ſuæ, hæreticis, vanis & erroneis interpretationibus non poſsit corrumpi ac ſeduci. Non eſt enim vllus tam rudis & plumbeus ruſticus, qui Symbolum Apoſtolicum, Credo in Deum patrem omnipotētem, creatorem cæli & terræ &c. à capite ad calcem vſq; memoria complecti nequeat. Et quāuis in duodecim hui⁹ Symboli articulis nullus ſit, qui nō vni-

Quo pacto vera à falſa interpretatione poſsit dijudicari.

cuilibet



cuilibet Chriſtiano magnoperè p-pendendus veniat: hoc tamē tempore ille inprimis, Credo ſanctam Eccleſiam Catholicam. In hoc enī verbo, CATHOLICA, germanę interpretationis ſignum & ſymbolum iam memoratum expreſsè ac abūdè continetur. Catholicum nanq; dicitur, Auguſtino teſte, quod vbiquè & ſemper eſt & perdurauit. Ità ergò dictio hæc, Catholica, cui Eccleſia connexa eſt, accipienda nobis eſt, nempe eā iam indè ab Apoſtolis vſq; in hodiernū diem, abſq; intermiſsione & ſinè dilaceratiōe toto orbe permanſiſſe. Hoc enim ità fore pater ille cęleſtis vnigenito filio ſuo largiſsimè pollicitus eſt his verbis: Filius meus es tu: ego hodiè genui te: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam,

Dictio, Catholica, qd ſibi velit.

Cōtra Gaudentiū Donatiſt. lib. 3.

Pſal. 2.



&

& poſſeſsiōem tuā terminos terræ. Quem locū Doctores omnes Catholici ſic interpretantur, quòd Deus pater Chriſto Dño Eccleſiam promittat eiuſmodi, quæ non in Suedia dūtaxat, & Dania atq; Germania, ſed in toto ſit orbe terrarū.

Porrò Dei filiꝰ poſteaquàm humanam ſumpſerat naturā, atq; in terris munere ſuo functꝰ erat, Apoſtolos & legatos ſuos miſit, q iam dictę hereditatis poſſeſsionem occuparēt, huiuſmodi eis propoſito mādato: Data eſt mihi oīs poteſtas in cælo & in terra: Euntes ergò docete oēs gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcunq; mandaui verbis. Et eccè ego vobiſcum ſum oībus diebus, vſq; ad cōſummationem ſeculi.

Matth. 28.

In



In qua inſigni & præclara legatione duo quædam neceſſaria Dominus complectitur: Primum eſt, vt eant & prædicent in mundo vniuerſo: Alterum, ſe cum ipſis manſurum vſq; ad conſummationem ſeculi. In quibus duobus (vt eſt ab Auguſtino copioſiſsimè diſputatum) hic fidei articulus compræhenditur & exprimitur, Credo Eccleſiam Catholicam, quo id aſſeritur, Eccleſiam toto orbe diffundendam ac propagandam, atque ab ipſo Apoſtolicæ ætatis exordio, per Chriſti perpetuam iugemq; pſentiam, perpetìm duraturam. Quā ob rem Apoſtolꝰ Eccleſiā vocat columnā & firmamentū veritatis: firmamenti voce, Chriſtiani orbis latitudinē & amplitudinē: colūnę aūt vocabulo, cōtinuatā Apoſtolorum, eorumq;

Verbū, Catholica, duo ſignificat.

Lib. de Vnitate Eccleſię, & multis in locis alijs.

1. Timoth. 3.

eorumq; diſcipulorum & ſucceſ-ſorum ſubindicans ſucceſsionem. Hanc autem de dictione, Catholica, doctrinam iam memoratus D. Auguſtinus ea ratione ac ſoliditate multis aduersùm Donatiſtas editis libris, pręcipuè verò libro de vnitate Eccleſiæ, defendit & explicauit, vt quiſquis in eius nō vult ire ſententiam, non poſsit non eſſe execrabilis Donatiſta hæreticus. Atq; hactenùs quidē etiam hac de quæſtione egiſſe ſufficiat.

Credo Eccleſiam Catholicā, qd ſibi velit.

Vt autem ad genuinam ſcripturæ enarratiōem & exegeſin noſtra ſeſe referat oratio, neceſſariò hæc Chriſtiano ſuſcipienda cogitatio eſt, vtì nō modò credat articulum hunc, vnam eſſe Catholicam Eccleſiam, ſed vt in ea ipſa quoq; locū & domiciliū obtineat, & quicqd illa



illa credit, ipſe itidèm credat: vt ea ſcripturas exponit & intelligit, ſic & ipſe eas accipiat & intelligat: quod illa damnat & repræhendit, ipſe etiam ſibi damnandum & reꝓhendēdum eſſe nôrit. Ecquod verò certius omnipotens Deus verā ſcripturæ explanatiōem à falſa internoſcendi ſignum & teſſeram ꝓbere poſsit, quàm hunc ipſum articulum, Credo ſanctam Eccleſiam Catholicam?

Quis autem adeò ſit delirus & perfrictæ frontis, modò ratione vti velit, ſicubì in aliqua ſcripturæ diuinæ ſentētia duæ aut tres compugnantes opiniones incidant, è quibus duæ recentes ac nouæ ſint, tertia vetus, poſsitq; Catholicæ Eccleſiæ teſtimonijs planum fieri, opinionem ſiue interpretationem ve-

 terem

terem eius ſententiæ, ab Apoſtolis & eorũ ſucceſſoribus in totã Chriſtianitatẽ dimanâſſe, atq; ppetuis tẽporibus inculpatam ac inuiolatã permãſiſſe: ecquis, inquam, adeò ſit ſtolid⁹ & impudẽs, vt negare velit ex his trib⁹ opiniõib⁹ ſeu interpretatiõib⁹ antiquã & approbatã potiorẽ eſſe, reliquas duas falſas & abſurdas? Libet huc quãdã adſcribere hiſtoriã, quam puer didici, & niſi fallor, Lubecæ contigit. Ea in vrbe, vt ferũt, ciuis fuit ſic ſatis locuples, è Turingia oriundus. Qui cùm aduerſa correptus valetudine, nullã haberet prolem, quæ in ipſius hæreditatẽ ſuccederet, facultates ſuas quibuſdam cognatis ſuis Turingis teſtamento legauit. Qui cùm non lõgè poſt eius è viuis exceſſum Lubecam veniſſent, & procuratorem

nplum interitionis ruandę.





vnà adduxiſſent, teſtamentũ reſignârunt, in quo repertum eſt, ciuis illius vita functi ſuperſtitem viduã præter aliam partẽ hæreditariã, ex relictis bonis etiam mille ducẽtos aſſeres, quos vulgò Wagenſchoſ vocant, numerare debere. Hãc autem vocem Wagenſchoſ / Turingius procurator, itemque hæredes interpretari voluêre, eam currulia tormenta ſignificare. Atq; in hac ſententia hęredes & eorum procurator pſtitêre, nec ab alijs diuerſum ſibi perſuaderi pati voluêre, donèc tandèm ad iudicẽ res deuoluta eſt. Qui cũ vtriuſq; partis accuſationẽ & defenſionẽ audîſſet, id certò cõpit, Turingorũ interpretationẽ nouã & cõmentitiã eſſe, qñ vidua docere potuit, antiquitùs eã dictionẽ wagẽſchoſ / totius populi aſſenſu

& adſtipulatione, illos ſignificare aſſeres, qui in Lituania & Polonia ad naues conficiendas præparantur. Itaq; hac in re Turingij procuratoris ſententia ab omnibus, ceu curioſa, ſuperſtitioſa, noua ac irrationabilis quædam opinio, deriſa & exibilata eſt. Quanto igitur magìs nos, qui Chriſtiani ſumus, in diuini verbi expoſitione id facere debemus, nouasq́; opiniones, quæ ſubindè ab inquieto, ſuperbo ac ſeditioſo homine recèns proferuntur, ceu pręſens & exitiale virus deuitare? Cùm enim eiuſmodi nupèr ortæ interpretationes in vulgus ſparguntur, haud alitèr atquè cancer ſerpunt, vtì iam apud Chriſtianos paſsìm cernere licet.

Obſerua, quid ſit Catholicum.

2.Tim. 2.

Scripta diuina iam oēs volũt, & expreſſum ideq́; luculentũ DEI verbũ. Sed q̄d poteſt dici expreſsiùs, q̃ quod à D. Petro dictum eſt his verbis: Hoc primùm intelligentes, q̄ oĩs Prophetia ſcripturæ, propria interpretatione non fit. Vbì obſeruandum venit, quàm prudenter Apoſtolus dicat, hoc primùm intelligere eos debere, nullã ſcripturę prophetiam propria interpretatione fieri, nec cuiuſquã priuata interpretatione niti. Non poteſt ergò ſummo id vacare periculo, vni atq; alteri, qui noui quippiam proferre nôrint, ilicò fidem adhibere. Vt enim in vulgari eſt prouerbio, Fides, virginitas & oculus, iocũ nõ ferunt.

2.Pet. 1.

Multos autem hodiè inuenire eſt, qui cùm pugnantes verbi DEI explicationes audiunt, hoc pacto ipſi ſe ſolentur: Quid ad nos contenti-

tẽtioſæ Theologorum & Eccleſiaſtarum interpretationes pertinẽt? Etiamſi illi in quibuſdã errent articulis, aut inter ſe diſſentiant, non tamen vnius aut quorundã articulorum cauſa, fides tota violatũ aut læditur. Nos interim orationẽ Dominicam, ſymbolum Apoſtolicum & decem pręcepta, ſimplicemque puerorum Catechiſmum retinemus: de reliquis eruditi, quoàd volent, corrixentur: Nos id ſusque deque ferimus. Verùm ô DEVS bone, quàm hæc vana & exitialis conſolatio eſt. Quid verò ad hæc Diuus Iacobus Apoſtolus dicit? Quicunque, ait, totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus. Sic etiam cum fide ſe res habet, cuius ſi vnus lædatur articulus, ſimul omnes violantur. Eiuſmodi falſam conſolationem noſtra ætate Zuingliani primùm protulêre: cõtra quam Luterus in poſtrema ſua Confeſsione aduersùm SACRAMENTARIOS ſcribens, Fidem ait tintinnabulo vel campanę eſſe ſimilem, quæ donèc integra eſt, proprium germanumq; ſonum ſuum retinet: At vbì nonnihil finditur, mox omnem ſuum amittit tonum. Sicut etiam vas fictile quandiù integrum eſt, olla dicitur: vbì verò fiſſuram accipit, perdit nomen, & teſta vocatur.

Iaco. 2.

Vide Iohãnem Lasky contra Epiſcopum Hoſium.

Vide Luterum in vltima confeſſione ſua de cœna Domini.

Nemo igitur hac ſe cõſolatione lactare pergat, tametſi ipſorum Eccleſiaſtæ & Prophetę in quibuſdam errent, at nihilo ſeciùs reliquam eorum doctrinam, ſanam & EVANGELICAM eſſe poſſe.

Falſa quorundam laicorum conſolatio.

Nihil

Nihil efficis amice. Neceſsè eſt em̃ aut in arca Noë ſeruari te, aut extra illam mergi & perire: nihil hîc poteſt eſſe medium. Itaq; attentione & animaduerſione opus eſt, nè ſeducaris: neq; ità vni alicui vel quibuſdam noua dogmata, nouasq́ue interpretationes comminiſcentibus, animæ tuæ ſalutem credas, vt eam interim ludibũdus perdas, ſed memineris verum eſſe quod à propheta dictũ eſt,

Pſal. 115. Rom. 3.

Omnis homo mẽdax: non tamen vniuerſi homines ſimul. Ego enim pro mea, tu ꝓ tua, atq; ità ſinguli pro ſua perſona labi, errare, mentiri poſſunt: at vniuerſi homines pij ſimul, id eſt, Catholica Chriſti Eccleſia in fidei articulis errare non poteſt.

Matth. 16. 1. Timoth. 3.

Aedificata eſt enim ſupra petram veritatis: atq; eam ob rem columna dicitur & firmamentum veritatis.

Quandò igitur homo vulgaris & indoctus pugnantes ſcripturæ enarrationes ex concionatoribus audit, ad fidem ſuam accuratè ac ſedulò ſeſe conferat, ſecumq́; planè ſtatuat, (cùm non poſsit alioquì multùm in ſacris literis cernere) nullum ſibi alium ducem quęrere, quàm hunc ipſum fidei ſuæ articulum, Credo ſanctam Eccleſiã Catholicam: idq́; pro indubitato habeat, eã ſolã ſcripturæ interpretationem veram eſſe, quæ Catholica ſit, id eſt, quę vnà cum ſacris Biblijs ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus in totum orbem propagata ac diffuſa ſit, & in hunc vſq; diem inuiolata & incorrupta permanſerit. Atq; hæc ſola regula ſiue Canon vulgaribus hominibus fidei ſcutũ

eſt, vt quotiès noui prophetæ prò ſe quiſq; peregrinam quandam & ſingularem fidem atq; doctrinam proferunt, huncin modum ſecum cogitet: En ego homo ſum illiteratus, neq; ex horum diſputatiōibus & altercatiōibus expedire me noui: quandò verò ſymbolum fidei nihil me iubet amplecti aliud, q̃ quod Catholicum ſit, & olim ſemper in toto orbe Chriſtiano obſeruatum & creditum ſit, quidnã agã, nôſſe vt liceat, num nouorũ iſtorũ Euangelicorũ vatum doctrina Catholica ſit, néc ne? Iam ſi iſtiuſmodi homo idiota nõ planè ratiõis expers ſit, in mẽtem illi veniet, quidnã Moſes præcipiat ijs verbis, quibus ait: Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te, ex die quo creauit Dñs Deus hominem ſuper terram

Scutum veræ fidei pro vulgaribus hominibus.

Deut. 4.



terram, à ſummo cęlo vſq; ad ſummum eius. itemque alio loco: Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas. Interroga patrem tuũ, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicẽt tibi. Is nimirùm eſt verus cæcorum dux, & errantium ductor, cui ſe etiam quilibet cæcus tutò poſſit committere: hæc videlicet via, qua perquirat & ſciſciteť, quid olim maiores ipſius, q̃d vicini, q̃d circuniacentes pagi, caſtella, oppida, regiones & homines obſeruârint ac crediderint, cũ primũ ad Chriſti religionẽ traducti fuêre, atq; iã indè tot ſeculis in hũc vſq; diem Chriſtiani p̃manſêre. Et hęc eſt carbonarij illius fides, quem ferunt in ſupremo ſpiritu conſtitutum, cùm à malo ſpiritu de fide tentaretur, hoc pacto reſpondiſſe:

Deut. 32.

 Ego

Ego credo, & iam animam reddo in ea fide, quam habet Chriſti Eccleſia. Porrò percontanti dęmoni, quid Chriſti Eccleſia crederet, reſpondiſſe: Id quod ego credo. Atq; hac ſimplici eius carbonarij fide victus & profligatus eſt teter ſpiritus. Eadem carbonarij fide poteſt quilibet è vulgo idiota probare ſpiritus, vtrùm ex Deo ſint: poteſt reſiſtere & contradicere diabolo, poteſt dijudicare veram & Catholicam, à falſa & hæretica interpretatione, poteſt ferre ſententiam, quis Catholicus, quis hæreticus ſit concionator, quis ſeductor, factioſus & hæreſiarcha.

Carbonarij fides optima.

Hæc autem vt poſsint magìs eſſe perſpicua, exempli cauſa ponamus venire ad celebre quoddam oppidum quinq; inter ſe pugnantes

Certa norma probandorum ſpirituum.



tes & diſcrepantes doctores, nominatìm Caluinũ Zuinglianum, Longinum Suencfeldianum, Functium Oſiãdrinum, Illyricum Luteranum, poſtremò doctorem Catholicum: fieri autẽ à ſummo magiſtratu, vel eius oppidi ſenatu cuilibet horum poteſtatem ſuum dogma priuatum publicè pro concione explicandi ac defendẽdi. quid hîc faciet indoctus & ſimplex laicus vel ciuis eius vrbis, nè cæcus ipſe in cæcum ducem incidat, & vnà cum illo labatur in foueam? Nimirùm ſic, vt antè dictum eſt, faciet: Percontabitur ex Caluino, num hoc ipſius dogma purum purum Dei verbum ſit, quod ſcripto & verbo tradit, In cœna Domini non verum Chriſti corpus, ſed figuram duntaxat corporis illius & eſſe

Caluinus lib. contra Ioachimum Vueſtphalũ. Zuinglius lib. de Baptiſmo contra Vrbanum Regium.

Caluini lib. de Prędeſtinatione.

eſſe & porrigi: Itemq́; peccatũ originale non niſi morbum quendã naturalem eſſe, non reatum ad damnatiõem ſempiternã: Tum præterea, Deũ hominibus cauſam eſſe peccandi, eosq́; impellere ad maleficia, blaſphemias, ſcortatiões, furta, latrocinia, prædationes, mendacia, impoſturas &c. Hîc ſi Caluinus reſpondeat, hæc ipſum eſſe purum ac luculentum Dei verbum, pergat quærere ex illo, vbinã hæc doctrina in diuinis literis purè & perſpicuè expreſſa legatur, in Cœna non eſſe verum Chriſti corpus, ſed figuram ſolam: peccatum originis nõ niſi morbum eſſe, non reatum ad mortẽ ſempiternam: deniquè homines à DEO impelli ad peccandum &c.

Theod. Beza in defenſione Caluini.

Ad hęc proculdubiò reſpondebit



bit Caluinus, etiãſi hæc ſua doctrina non eo pacto, neq; his verbis in ſacris Biblijs reperiatur, eam tamẽ illic haberi ſentẽtiam ſiue ſenſum. Obſerua hîc, Caluini doctrinã non ipſum Dei verbum eſſe, ſed eius interpretationẽ: atq; hæc prima fraus eſt. Porrò autẽ ex illo laicus ſciſcitetur, num hæc eius ſententia vel interpretatio ſit Catholica, num Chriſtiana religio orta ſit cum hac doctrina in Heluetijs, in Germania, Gallia, Italia & vbiquè locorum: an hæc ſua Caluiniſtica interpretatio ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus prædicata, in Catholica CHRISTI Eccleſia recepta, vſitata, & hactenùs per Maiores noſtros ad nos vſq; in omnes has regiões perducta ſit. Ego enim, inqet, hac de re Maiores meos cõſului,

 qui

qui id planè negant. In circuniacentibus etiam vrbibus ac regionibus perquirens, hanc doctrinam eos neſcire comperi: quin potiùs nouam eam aſſerunt, & antehàc in Germania & apud reliquos Chriſtianos omnes incognitam fuiſſe. Neq; iam Caluin⁹ ipſe negare poterit rem ità ſe habere. Itaque dicet illi ſimplex & imperitus laicus: Bene habet Caluine: quandoquidem hîc tu lacerus es, ſarciat te mal⁹ dæmon. Hoc tibi à me dictum ſit vale vltimum. Sic Athanaſius ſcribit Epicteto Epiſcopo, ſatìs eſſe reſpódere hęreticis hoc pacto: catholica ecclesia hoc nō docuit, S. patres hoc minimè receperunt. Quamobrem ſcriptum eſt: Hæreticum hominē deuita. Eundem in modum aget idiota laicus cum Suencfeldiano, rogans

Epiphanius lib. 2. cōtra hæreſes.





rogans ab eo vtrùm hoc purū Dei verbū ſit, quod ab illo affirmatur, Chriſtum ſecundùm naturam ſuā humanam non eſſe creaturam, ſed genituram de Spirituſancto conceptam & natam. Et, poſteaquàm Chriſtus in cælū abijt, eius humanitatem eſſe deificatā, immò prorſus in Deum mutatam. Item energiam illam, quæ eſt in verbo DEI prædicato, ipſum eſſe vnigenitum ac ſempiternum Dei filium. Poſtremò, omnia Dei dona & chariſmata, particulas eſſe diuinæ naturæ. Aſſeuerante enim Suencfeldiano Longino, iſthæc dogmata ſyncerū eſſe Dei verbum, iure ex illo laicus percontatur, vbinàm ſcripta diuina hæc liquidò exprimant atq; depromant. Atquì ad hoc nihil reſpondere Longinus aliud poteſt,

Suencfeldius lib. de Duplici ſtatu Chriſti, & multis alijs tractatulis.

Suencfeldius lib. de Euangelio Chriſti.

ꝗ nuſquã ea exprimi, ſed eã tñ eſſe mentẽ & ſentẽtiã ſcripturę diuinę. Quòd ſi vlteriùs interrogãti laico, num hæc ſentẽtia Catholica ſit, & ab Apoſtolis eorumq́; diſcipulis in Sueuiam & Sileſiam allata, & indè ab initio in hãc vſq; ætatem publicè recepta & retẽta ſit, Lõginus reſpondeat ſic ſe habere: planum ille teſtatumq́; faciat oportet, quo Sileſię loco, & cuius Epiſcopi ſeculo id contigerit. Quod cùm nequiuerit, oratio eius vana & cõmentitia cẽſenda eſt. Si verò neget hæc in Sileſia hactenùs recepta, eò ꝙ Maiores noſtri ſimpliciores fuerint, ꝗ vt hæc ſcripturę myſteria capere poſſent, dicat illi laicus idiota: Apage te hinc Longine, ſatìs iam tuæ hæreticæ explicationi reſponſum eſt: Catholica Eccleſia ſic non docuit,

S. Patres



S. Patres nõ receperunt. Itaq́; ſcriptum eſt, hæreticũ hominẽ deuita. Tit. 3.

Eadem ratiõe etiam Oſiandrinũ Fũctiũ rogare poterit, cùm doceat hanc Hieremiæ orationẽ, Iehoua eſt iuſtitia noſtra, id ſibi velle, hominẽ eſſentiali Dei iuſtitia iuſtum eſſe oportere: Itẽ, Chriſtum iuſtificare nos ſola diuinitate ſua, excluſa humanitate, & eius farinę alia, quo loco hæc diſciplina, quã ipſe purũ Dei verbum dicit, in ſcriptura ſacra habeat. Reſpondente illo, non ità quidẽ ad verbũ eam extare in ſacris Biblijs, ſed tñ cũ ſcripturę mente & ſentẽtia cõgruere: iã porrò quærat, An hęc ſentẽtia cũ catholica interpretatiõe cõſentiat, & à S. Patribus Apoſtolorũq́; diſcipulis, ꝑfecta, atq; à catholica Chriſti Eccleſia recepta ſit, & ad nos vſq; vbiq; citra repræhenſio-

Oſiãder lib. de Confeſſiõe doctrinæ ſuæ.

Hierem. 23. & 33.

henſionem ſemper aſſeruata ſit. Iam ſi Functius ſua ipſius conſciẽtia adactus, fateatur doctrinã hanc nupèr ab Andrea Oſiandro primũ in Pruſsia ſatam, & licèt hucuſquè ignota permanſerit, eam tamẽ pro ſuo iudicio Dei verbo eſſe conſentaneam, & planè Euangelicam, poterit iam laicus idiota præcisè ità illi dicere: Catholica Eccleſia non ità docuit è ſcriptis diuinis, S. Patres nunquàm receperunt. Scriptũ eſt igitur, Hæreticum hominẽ deuita.

Tit. 3.

Poteſt itidèm hæreticæ Illyrici ſententiæ & expoſitioni iure reſpondere, dum is ait, Bona opera eſſe pernicioſa ſaluti, Deum homines iuſtificare verbis, non factis. Et eſt reuerà hæc reſponſio vſq; adeò efficax ſatis & Chriſtiana ad quaſlibet

Vide Amſdorffium de hac propoſitione. Lut. 3. cap. ad Gal.



bet hæreticas interpretationes & dogmata hæretica, vt etiam, modò id poſsibile foret, angelum è cælis aliud Euangelium apportantem, cum ipſius doctrina poſsit reijcere his verbis: Apage te propheta recens, tertie Helia, quinte Euangeliſta. Non ſic docuit Eccleſia Catholica, nõ eſt id à S. Patribus receptũ. Scriptum eſt igitur, Hęreticum hominem deuita.

Tit. 3.

Poſtremò eundem in modum etiam Catholicum cõcionatorem haud immeritò interrogare poterit laicus illiteratus, quidnam ille ſentiat de his Euangelicorum, Eccleſiaſticorum & doctorum opinionibus. Cui ille haud dubiò eiuſmodi reſpõſum reddet, ſe quidem nouorum dogmatiſtarũ interpretationes percepiſſe, & quantũ modis

Catholicæ doctrinæ indoles.

dis oĩbus neceſſarium fuerit, eas
expendiſſe: porrò comperire ſeſe,
eas pleraſq; omnes vetuſtas & iam
olim damnatas hæreſes eſſe, quas
hodiè malorũ dæmonũ inſtinctu
vertiginoſi quidã & maleſano ce-
rebro in miſerãdam Romani Im-
perij & Germanicæ natiõis perni-
ciem, & innumerabilium animarũ
exitium ab inferis excitatas inſtau-
rârint. Proptereaque paratum ſeſe
ſolidis ſcripturæ fundamentis, fir-
misq́; rationibꝰ, eiuſdẽq́; ſcripturę
catholico ſenſu & intellectu doce-
re, veterẽ religionẽ & doctrinam in
ipſis ſacris literis fundatã, germa-
nãq́; diuini verbi intelligentiã ab
Apoſtolis & eorũ ſucceſſoribus in
totũ orbẽ Chriſtianũ ꝓpagatã, ab
Eccleſijs oĩbus receptã, & inter oẽs
quarumlibet ſectarum & errorum
op-



oppugnationes, diuexatiões & tẽ-
tationes, fortiſsimè ac inuictiſsimè
ſemp aſſeruatã ac propugnatã eſſe.

An ne verò tum noſtrę religioni, Quære ex ipſo laico.
tum rectæ ratiõi prorſus conſenta-
neũ eſt, eam vt ſacrorũ Bibliorũ ex-
plicationẽ amplectamur, & ꝓ ge-
nuina habeamꝰ, eiq́; fidẽ cõmode-
mꝰ, q̃ in oĩbus Eccleſijs, & à cũctis
populis & natiõibus recepta, cõfeſ-
ſa, ꝑdicata, propugnata, aſſerta, cõ-
ſtanterq́; retẽta eſt, atq; iamindè ab
Apoſtolorũ & eorũ diſcipulorũ ęta-
te in hodiernũ vſq; diem ꝑdurauit,
queadmodùm de ſingulis docto-
ribꝰ Catholicis luce meridiana cla-
riùs probari poteſt? Contrà autem
vt ſentiamus noua hæc dogmata
nouaſq́; religiones, vel damnatas
iam olim, ceu opiniones priuatas
& hęreſes, vel ab inſanis factioſiſq́;
ſpiri-

ſpiritibus nupèr excogitatas, non niſi falſas eſſe interpretatiões, neq; alio loco haberi eas oportere?

Nimirùm hæc mihi præcipua ratio eſt, quamobrem diſſectã Luteranorum diſciplinam pro hæretica habeam, & vt hæreticam reſpuam reijciamque, atq; è diuerſo doctrinam illam, quæ in toto orbe Chriſtiano, ſiue (vt ipſi vocant) Papatu verſatur, Chriſtianã, veram ſalutaremq; ducam, videlicet quòd hæc ſcripturæ diuinę Catholica ſit interpretatio, illa verò ſcripturę priuata opinio, corruptela ac deprauatio.

Fateor autem me annos plùs minùs vigintiduos operã nauâſſe Theologiæ, neq; interim magnoperè alijs ciuilibus ſeu prophanis negocijs animũ implicuiſſe: neq; eo





eo inficiàs me Luteranos audiuiſſe ac perdidiciſſe, atq; vt mihi videor, vſq; eò probè eos percepiſſe, vt ante 14. vel 15. annos Vuittenbergenſes Theologi propemodùm cogere me voluerint, apud ipſos vt Doctoris titulum acciperem.

Illud quoquè fateor, me nõ mediocrem poſuiſſe operam in doctrina Catholica accuratè probeq; cognoſcẽda, & vtriuſq; partis ſcripta inter ſe contuliſſe: atq; tametſi ex monſtroſis, erroneis & contentioſis illis diſputationibus haud facilè extricare me potui, tamen ſimulatquè ex Dei gratia penitùs ac perſpicuè animaduerti, Luteranorum nouas opiniones erroneas & hæreticas eſſe, Catholicam autem doctrinam ſanam & Chriſtianam, rationem perquiſiui nõ modò Lu-

terana dogmata è meo pectore prorſus abijciendi, verùm etiã hæreſiarcharum omnium conſuetudinem & familiaritatem manibus, oculis, & ore ſummo ſtudio deuitandi: quæ res meæ valetudini & victui, ijsq́; quę ad rem familiarem alendamq́; familiam pertinent, damna attulit grauiſsima, maiora etiã allatura, vt equidem vereor, ni prępotens Deus pro ſua clementia id auertat. Verùm vtcũquè mihi pro illius diuina gratia acciderit, paratus ſum corpus & vitam, honorẽ & facultates omnes pro veteri Catholica religione impendere, precorq́; & opto Germaniæ dulciſsimæ patriæ meæ hanc meam mentem. Om̃inò enim certum exploratumq́; habeo, quiſq́s Catholicus non eſt, eum hæreticum eſſe oportere.



Cùm autẽ ſcripta diuina hæreſes, haud alitèr atquè pręſentiſsima venena, fugere nos iubeãt, qua poſſum fide hortor pios quoſq́;, vt exẽplũ hoc, quod ipſe comperi, iamq́; recitaturus ſum, ſecum accuratè ꝑpendant.

Noui ego iuuenẽ quendã benè eruditũ, qui in Miſnia aliquandiù egerat concionatorẽ. Erat is iuxta Melãchthonis & Maioris dogma, Adiaphoriſta. Viſum eſt illi in Saxoniam proficiſci, ſpe cuiuſdã Eccleſiaſticæ functionis adipiſcendę. Interrogatus autẽ, cuius religionis eſſet, cùm reſpondiſſet, ſe ſentire cum Philippo Melanchthone & Georgio Maiore, dictum eſt illi ab Illyricano Superintendente: Ergò mammaluca es tu & apoſtata hæreticus. Mox hanc ſubiunxit

 inter-

interrogationē, num crederet bona opera eſſe pernicioſa ſaluti. Reſpondente miſero illo magiſtro, ſe credere ea ſaluti prodeſſe, non officere, Superintendens ait: Cùm ſis Euãgelij hæreticus, quamprimùm extra vrbis huius portas, atq; è tota hac regione diſcede. Quibus auditis, ſinè mora magiſter ille in Pruſſiam abijt. Vbì cùm apud Oſiãdrinum quendam, Eccleſiaſticum miniſteriū peteret, ab illo itidèm rogatus eſt, num crederet hominem eſſentiali DEI iuſtitia iuſtum fieri oportere, & vtrùm eos, qui diuerſum ſentiant, nō alio quàm hęreticorum loco haberet: miſero illo reſpondente, Se ità non poſſe ſentire, quandoquidem Philippus & Illyricus ſcripturam ſacram ſecùs interpretarentur, ilicò ceu hæreticus





cus reiectus eſt, & ex Pruteni principis ditione ꝓfligatus. Paulòpòſt venit in Poloniã ad Caluinianos, vbì rurſus examinatꝰ, cùm à Zuinglianis diſſentiret, ab illis quoquè tanquàm hæreticus repulſus eſt. Cernēs igitur nec apud illos ſe voto poſſe potiri ſuo, dū eſſet in itinere, ad Picardos venit, ſperans ſe ab illis in ipſorum ſectam & cōtubernium receptum iri. Sed cùm reliquas ſectas omnes abiurare, & Picardorum amplecti nollet, itidèm ab illis compulſus eſt fugæ ſe committere. Indè ab Sileſianum quendam nobilem venit, à quo requiſitus, ecquid de Suencfeldij Euangelio ſentiret, an crederet externum miniſterium eſſe ſuperuacaneum, internum verbum, ſeu verbi prędicati energiam, eſſe ipſum Dei filiū,

reſpõdit ſibi videri eam antiquam eſſe hæreſin, quæ ab Illyrico, Philippo, caluino & alijs multis publicè editis ſcriptis oppugnata & confutata ſit. quod reſponſum cùm illius nobilis ſtomacho nõ adlubeſceret, calamitoſus ille magiſter rurſus in pedes ſe conijcere cõpulſus eſt. Vbiquè igitur oleũ & operã ſe perdere conſpicatus, in Morauiam profugit ad Anabaptiſtas, non apud illos permanendi animo, ſed vt eorum fidem & religionem exploraret. Atquì illi callidè eum anteuertentes, priùs ab illo ſciſcitati ſunt, cuius eſſet religiõis: nec quicquam morati eius, quas prætexebat, multiplices circuitꝰ, cùm ipſorum anabaptiſmum nollet probare & amplecti, non alitèr quàm hæreticũ indè abſcedere cõpulerunt.





Adextremùm Viennam perueniens, in Catholicum quẽdam incidit, cui ſuas peregrinationes, caſus aduerſos, & hæreſes varias, in quibus verſatus erat, ordine referens, propter DEVM illum precatus eſt, auxilio ipſi vt eſſet, quô certam ſolidamque doctrinam & ſcripturæ ſacræ interpretationem poſſet obtinere, &c. Tum verò hoc illi conſultum eſt, vt Catholicum ſcripturæ intellectum, id eſt, qui ſemper & vbiquè receptus & approbatus ſit, amplecteretur, & priuatos omnes ſingulareſque intellectus miſſos faceret. Fieri enim non poſſe, vt priuatæ opiniones Catholicum ſcripturæ ſenſum ferant ac patiantur, & multo minùs vt inter ſeſe conſentiant, ſibique conſtent atque conſiſtant.

Vt enim in Ezechiele ſcriptum eſt, Væ Prophetis inſipiẽtibus, qui ſequũtur ſpiritum ſuum, & nihil vident. Si igitur vbiquè pro Chriſtiano haberi vellet, Catholicũ ſcripturæ ſenſum complecteretur ac ſequeretur: à quo licèt in pleriſque regionibus permulti hodiè defecerint, eundem tamen conſenſum & doctrinæ cõcordiam ſuperioribus temporibus vbiquè receptã & obſeruatã eſſe, Eccleſiam quoquè tum benè habuiſſe, & homines tot ſeculis in ea ſempiternã adeptos beatitudinem. Ezech. 13.

Adeoq; etiam hac ætate multa etiamnùm extare regna, regiones & populos, qui nullum alium ſcripturæ intellectum nôrint, præter hunc Catholicum, quẽ ab Apoſtolis & ſuis fundatoribus acceptum reti-



retineant & obſeruẽt. Atq; ſi quod incidat dubium, vel praua intelligentia, æquum eſſe, vt ab ijs verus & genuinus intellectus petatur. Id enim iubere ac docere nos ſcripta diuina, & eorum egregios approbatosq; veteres Doctores, vt in D. Irenæo videre eſt, Apoſtolorũ ætati admodùm vicino, cuius hęc verba ſunt lib. 3. cap. 4. aduersùs hæreſin Valentini: Tantæ igitur oſtenſiones cùm ſint hæc, non oportet adhuc quærere apud alios veritatẽ, quam facile eſt ab Eccleſia ſumere, cùm Apoſtoli, quaſi in depoſitoriũ diues, pleniſsimè in eam contulerint omnia, quæ ſint veritatis, vtì omnis quicunq; velit, ſumat ex ea potum vitæ. Hæc eſt enim vitæ introitus: omnes autem reliqui, fures ſunt & latrones. Propter quod Iren. lib. 3. contra hæreſes, cap. 4.

 opor-

oportet deuitare quidem illos, quę autē ſunt Eccleſiæ, cum magna diligentia diligere, & appræhendere veritatis traditionē. quid enim, etſi quæ de aliqua modica quæſtione diſceptatio eſſet, nonnè oporteret in antiqſsimas recurrere Eccleſias, in quibus Apoſtoli cōuerſati ſunt, & ab eis de præſenti quæſtione ſumere, quod certum & re liquidum eſt? Quid autē ſi neq; Apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis, nonnè oportebat ordinem ſequi traditionis, quā tradiderūt ijs, quibus committebāt Eccleſias? cui ordinationi aſſentiunt multę gentes Barbarorum, eorum qui in Chriſtū credūt, ſinè charactere vel atramēto ſcriptā habētes ꝑ ſpiritū in cordib⁹ ſuis ſalutē, & veterē traditionē diligēter cuſtodiētes. Hæc Irenæus. Hac



Hac Magiſter ille veriſsima & firmis rationibus ſubnixa inſtitutiōe ac informatiōe ꝑcepta, ad ſanitatē redijt, Sectisq; repudiatis, factus eſt catholicus & integer Chriſtianus.

Omninò autē ità accidere ſolet, vbì quis ab Eccleſia & doctrina Catholica deficit, & non niſi apicem quendā alicuius ſectæ appręhēdit, vt deindè apud ipſos quoquè hęreticos paſsìm ꝓ hæretico habeatur. Id quod à nobis ꝓhibeat benign⁹, miſericors, ſempiternus De⁹, Amē.

Et hæc quidem indè dixiſſe ſufficiat, quòd Chriſtus ait, eis, qui ſuper Moſis cathedram ſedent, auſcultare nos, & oīa quæcūq; dicūt, facere: ſecundùm opera verò eorū, (vt habet alterū eius ſententiæ mēbrū) neutiquàm nos facere debere. Atq; hoc extremum illius oratio- Matt. 23.

nis

nis membrum, non minùs accuratè, atquè primum, penſitãdum venit. Hac enim proh dolor tempeſtate, quandoquidẽ Cathedra Moſis veris ac ſolidis doctrinæ rationibus & argumentis euerti non poteſt, ſeditioſi hæretici vitam diſſolutã & corruptos mores ſacerdotũ & cleri arripiunt, eaq́; hominibus imperitis & idiotis eum in modũ ob oculos ſtatuũt, nihil vt illi aliud perſuaſum habeant, q̃ catholicorũ docẽdi cathedrã nõ aliã eſſe, q̃ quorũdam ſint vita & facta ſacerdotũ. Indè verò abſurdè admodùm inferunt, doctrinam & opera vnũ atq; idem eſſe. Quæ opinio erronea & à vero prorſus aliena, multas ſæpenumerò in Republica Chriſtiana turbas excitauit, vt de hęreticorum dogmatibus, putà Donatiſtarum, En-



Encratitarum, Catharorum & eorum qui ſe Apoſtolicos dici volebant, in priſcorum patrum monumentis eſt annotatum. Extant autem in ſcriptis diuinis abũdè multa, eademq́; perſpicua & luculenta ſigna vel notę, quibus hęreſes, quę in doctrina hærẽt, & vita improba, quæ ad perſonas referẽda eſt, dijudicari ac internoſci queant. Cùm enim hæreſis peſtis quædam ſit & virus Catholicæ religionis, Paulus Apoſtolus hæreticum hominem Tit. 3.
poſt vnam & ſecundam correptionem deuitandum pręcipit, quòd ſubuerſus ſit qui eiuſmodi eſt, & delinquat, cùm ſit proprio iudicio condemnatus. Et Dominus IESVS ſeriò iubet, eum, qui Eccleſiam nõ audit, nobis velut ethnicũ & publicanum eſſe debere: cũ quo hominum

num genere, nefas erat Iudæis, vllam habere conſuetudinem vel familiaritatem.

Vide Athanaſium in vita D. Antonij.

Diuus quoquè Antonius, cùm iam iamq; moriturus, ſupremā ad fratres ſuos orationē haberet, nihil illis potiùs teſtamento relinquendum putauit, q̄ iſthæc duo, quorū hoc primum eſt: Schiſmaticorum, inquit, & hæreticorum venena vitate, meumq; circa eos odiū ſectamini, qa Chriſti ſunt inimici. Scitis enim, quòd nullus mihi cum illis vnquàm pacificus ſermo fuit, &c. Alterum eſt: Cuſtodienda vobis, ait, eſt pia fides in Chriſto, & patrū religioſa traditio, quā ex ſcripturarum lectione, & crebra meæ paruitatis didiciſtis admonitione.

Hoc autem de vitandis hæreticis, hęreticorumq; dogmatibꝰ mādatum,



datum, non modò eruditis, ſed etiā idiotis & illiteratis datū eſt: id quod liquidò probant ſententiæ illę ſeruatoris, quarū ſuprà meminimus: Attendite à falſis Prophetis. Et: Si cæcus cæco ducatum pręſtet, ambo in foueam cadūt: atq; eiuſdem modi aliæ permultæ. Contrà verò, vt ob intemperantem & malam vitā ſacerdotum atq; concionatorum, Eccleſia & vera Catholica doctrina deſeratur, id non modò nō præcepit Deus, ſed vetuit etiam, vbì parabolam illam propoſuit de patrefamiliâs, qui ſeruis ſuis volentibus zizania è tritico colligere, non permiſit: Nè fortè, inquiens, colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem: & in tempore meſſis dicam meſſo-

Matt. 7.

Matt. 15.

Laici vitam incompoſitam Cleri comitèr tolerare debent.

Matth. 13.

meſſoribus: Colligite primùm zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburẽdum: triticum autẽ congregate in horreum meum.

Vt enim nõ decet ſeruum, pro ſuo arbitratu ſibi vt corrigenda ac caſtiganda ſumat ea, quæ paterfamiliâs magnas quaſdam & præcipuas ob cauſas ſibiipſi moderanda adminiſtrandaq; ſeruârit: itidèm, ſanè, ac multo etiã minùs in Chriſti Eccleſia pmiſſum eſt laicis, (quippe quos multo magìs conuenit eccleſiæ iuſſa capeſſere, quàm leges præſcribere) vt ipſi dominari ac imperare velint, quod ad ſolos legitimos ꝑpoſitos & antiſtites pertinet. Porrò hanc ipſius Chriſti veram germanamq; eſſe mentem & ſententiam, alibi ipſe planum facit, nequam ſerui proponenda ſimilitu-



militudine, qui dicat in corde ſuo: Moram facit Dominus meus venire: & incipiat percutere conſeruos ſuos, mãducet autem & bibat cum ebrioſis. Veniet, inquit, Dominus ſerui illius in die, qua non ſperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemq; eius ponet cũ hypocritis. Illic erit fletus & ſtridor dentium. Matt. 24.

Puto equidem his diſertè ac rotundè id edici, laicos nõ modò ab Epiſcopis, doctoribus & paſtoribus ſiue parochis (quos Chriſtus, vt Apoſtolus ad Epheſios affirmat, nobis dedit ac præpoſuit) corrigẽdis, deſtituẽdis, profligandis abſtinere debere, ſed nec illud quidem fas ſibi ducere, vt vel laicos in doctrina fidei caſtigare, culpare ac regere velint: queadmodùm hodiè, Epheſ. 4.

proh dolor, tritũ nimìs eſt & vulgare, adeò vt etiam ſutores, ſartores, ciues, ruſtici, heri & nobiles, ꝓ ſua libidine patrisfamiliâs officiũ ac munus in Eccleſia ſibi vendicẽt, ſcripturas ſacras interpretẽtur, parochis præſcribant, quid quáve ratione cõcionari, quo pacto Sacramenta adminiſtrare debeant, eos ipſos magna temeritate & inſtituant & deſtituant, cùm tamen iurè illis obtemperare & obedientiam præſtare deberẽt, Deo id per Apoſtolum his verbis expreſsè ac perſpicuè præcipiẽte: Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi eñ peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis.

Hebr. 13.





Sed Epiſcopi, inquis, & præpoſiti ac antiſtites & Papiſtici vel põtificij doctores, homines ſunt illiterati, incontinentes, diſſoluti, qui ſuæ libidini, cupiditati, faſtui ac põpis indulgeant. Quod ſanè ſi de quibuſdam dictum velis, non erit alienum à vero: ſin autem de om̃ibus, vanum, falſum & commentitium eſt. Nanque non inter Laicos modò, ſed etiam in Clero, (DEO ſit gratia) hinc indè inuenire eſt homines pios, integros, modeſtos probeque Chriſtianos. Atque etiamſi caſu aliquo id accideret, vt apud omnes iſthæc vitia hærerent, nihilo minùs illa Domini mandata ſalua perſiſterent, quibus ait: Sinite zizania creſcere: Super cathedram Moſis ſedẽt: oĩa q̃cũq; dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundùm opa

Matt. 13.
Matt. 23.

Heb. 13. verò eorũ nolite facere, &c. Obedite præpoſitis veſtris. Ipſi enim peruigilant quaſi rationem reddituri pro animabus veſtris. Et, quod Matt. 7. longè plus eſt, quilibet ſuam priùs trabem eijciet ex oculo ſuo, ac deindè educet feſtucam ex oculis catholicorum ſacerdotum. Qua igitur poſſum fide, Chriſtiane lector, id ego conſilij do, vt rem in priſtino Catholicæ Eccleſiæ ſtatu permanere ſinamus: quæ citra vllam Matt. 16. dubitationem ſupra Petram ea firmitate fundata eſt, vt portæ inferi nulla ratione eam poſsint ſubruere, & aduersùs eam præualere.

Quòd ad vitam Cleri vel ſacerdotum attinet, in veteri prouerbio eſt, Sacerdotes & virgines ſolum Deum habere iudicẽ. In his enim vtriſq;, humanum iudicium facilè alluci-



allucinatur. Interìm tamen nolim his Eccleſiaſticam cenſuram abrogatam & ſublatam. Vt enim laicis Matt. 13. dicitur, Sinite zizania creſcere: ità Epiſcopis dictũ eſt, (quemadmodùm Auguſtinus contra Donatiſtas interpretatur) Tollite malum 1. Cor. 5. ex vobis. Quamobrẽ etiam Chriſtianiſsimus Imperator Conſtantinus Magnus ad Epiſcopos eiuſmodi eſt oratione vſus: Deus vos Eccleſ. Hiſtor. lib. 10. cap. 2. cõſtituit ſacerdotes, & poteſtatem vobis dedit de nobis quoquè iudicandi: & ideò nos à vobis rectè iudicamur. Vos autem non poteſtis ab hominibus iudicari. Hæc ille. Eſſet ſanè cumprimis neceſſariũ, ſtrenuam quandam ac ſeriam inſtituere reformationem, qua quorundam è Clero vita inhoneſta ex veterum Canonum præſcripto repurga-

purgaretur, quô pernicioſa & improba exẽpla, quib⁹ populus offenditur, & in odium atq; exitialem Cleri cõtemptum, atq; erga Eccleſiam rebellionem & inobedientiã vehementer incitatur ac inflãmatur, è medio tollerentur.

## PARS ALTERA.

ALTERAM apologię meæ partem illud ſibi vẽdicat, quòd Luterani mihi obijciunt, me quoquè ope-



operam conſiliumq; dediſſe, vtì ne deincèps liceat vulgo ſacra Biblia in vulgari idiomate lectitare, maximè verò, vt ea Martinus Luterus tranſtulit. Quanuìs autem prorſus ego nõ meminerim, me vnquàm vel dixiſſe vel ſcripſiſſe, laicis Bibliorum verſione vulgari interdicendum eſſe, tamen ſi id à me quãdoquè factũ eſſet, exigua ſanè ea culpa foret. Quorſum enim vulgo neceſſaria ſit ſacrarum lectio ſcripturarũ, nuſquàm equidẽ in ijſdẽ ſcripturis adhuc reperire potui. Porrò non modò non neceſſariã, verùm etiã exitioſam eſſe eiuſmodi curioſitatẽ, vſus probat quotidianus, & ſcriptaquoquè diuina ſatìs indicãt, Chriſto Iesv hoc ipſũ his verbis efficaciſsimè cõfirmãte: Vobis, inqt, datũ eſt nôſſe myſteriũ regni Dei, cæteris

Lectio Bibliorum nõ eſt laicis p̃cepta diuinitùs.

Lucæ 8.

cæteris autẽ in parabolis, vt videntes non videant, & audiẽtes nõ intelligant. Quinam ſunt illi, quibus Dominus loquitur, Vobis datum eſt? Nimirùm Apoſtoli & eorum ſucceſſores ſiue diſcipuli. Qui verò illi ſunt, quibus datum non eſt, ſed qui per parabolas diſcere debeant? Ij videlicet, quibus pręſtat myſteria neſcire, ne ijs abutantur, grauiusq́; condemnẽtur ſi ea ſpreuerint, (Nõ enim debent margaritæ mitti ante porcos) vt in vulgo cernere licet. Neq; vllam apud me habet dubitationem, Dominum hoc loco alluſiſſe ad duodecim trib⁹ Iſraeliticas, quæ duodecim Apoſtolorum geſſêre typum, atq; ad ſeptuaginta ſenes illos è duodecim tribubus ſelectos, qui typus erant duorum & ſeptuaginta illorum, qui Apoſtolorum

Vide Theophylactũ in Lucæ cap. 8. Matt. 7.

Exod. 24.

rum



rum diſcipuli fuêre.

Nouimus autẽ ex hiſtorijs, ſolos ſeptuaginta ſeniores ſacrorum Bibliorum myſteria & legere & intelligere potuiſſe: neq; enim Hebraicum idioma in illorum literis vocales habuit, ſed per literas conſonantes illud legere nouerãt. Atq; hic legẽdi modus, ſolis ſeptuaginta cognit⁹ fuit, reliquis è vulgo Iudæis prorſus ignotus, nè etiam hac in re margaritæ porcis, id eſt, nõ vocatis & curioſis mitterentur. Itaq; etiã ſeptuaginta ſeniores nõ abſq; ingenti miraculo Biblia Hebraica Græcè reddidêre.

Obſerua hęc diligenter.

Vide Ioſephum, Iuſtinum marty. in ſuo Parętnetico, Irenæum lib. 3. cap. 25. contra Valent. Clementem Alexand. li. 1. Strom. Hilarium in 2. pſal. Auguſt. de ciuit. Dei lib. 18. cap. 42. & 43.

Eundem in modũ, quandoquidẽ ſeptuagintaduo diſcipuli Apoſtolorum ad hoc à Domino deſtinati ac inſtituti fuêre, vt ſacrorũ Bibliorũ myſteria intelligerent: ſacerdotes



tes

tes autem eorũ, quos diximus, di-
ſcipulorum legitimi ſucceſſores
ſunt, (id quod in p̄cipuis quibuſdã
totius orbis Chriſtiani pōtificum
ſedibus, vel Epiſcopatibus doceri
poteſt) planè hinc conficitur, ſacer-
dotibus, paſtoribus & Doctoribus
(quos ſuæ Deus Eccleſiæ præfecit
ac præpoſuit) eam quotidiè ſub-
miniſtrari gratiam, qua myſteria
intelligere, interpretari, & quãtum
populo neceſſarium eſt, per para-
bolas proponere queant. Quarè
non immeritò conſulendum eſt
laicis idiotis, vt à curioſa Bibliorũ
lectione abſtineãt: Primò quidem
eo nomine, nè, quod presbyteris
vel ſenioribus, id eſt, ſacerdotibus
ſolis pro illorum functione demã-
datum eſt, id ipſi ſibi temerarij
vſurpent: quod quidem Dominus
Deus



DEVS in Ozia rege, in Core
quoquè, Dathan & Abiron grauiſ-
ſimè animaduertit. Deindè verò
eam ob cauſam, quòd in propatu-
lo ſit, quantam perniciem in to-
tum orbem Chriſtianum ea res in-
uexerit & adhuc inuectura ſit, ſi lai-
cis illiteratis liberum ſit, pro ipſo-
rum arbitrio & curioſitate in ſa-
cris literis volutari, easque rima-
ri ac perſcrutari. Vndè enim Pi-
cardici ſectarij, vndè Anabaptiſtæ,
Suencfeldiani, atque eius farinæ
permultæ aliæ hæreſes & factio-
nes prodiêre, niſi ex hoc ipſo,
quòd homines imperiti & vulgus
indoctum ſacra BIBLIA & lecti-
tare & interpretari non dubi-
târunt? Certè laici ea BIBLIA
legunt, quæ vel Luterus ipſe,
vel alij hæreſiarchæ in idioma
vulgare

2. Par. 26. Num. 16.

Pernicies ex laicorum lectione Biblica.

vulgare tranſtulêre: aut falſis quibuſdam additionibus vel interpretatiunculis, alijsq́; hincindè à margine adſcriptis gloſſulis, ad hæreticum ſenſum & intellectum detorsêre. Adeoq́; legũt illi ſacras literas cum hoc Luteri præiudicio, quo ille ſtatuit & docet, eum qui velit Biblia legere, nõ debere ſecum adferre intelligẽtiam, ſed ex ipſis Biblijs petere & haurire: hoc eſt, vnũquemlibet laicũ illotis manibus, & cum ocreis & calcaribus in ſacras literas irruere debere, nempe abſq; vlla preparatione vel informatiõe, qua ratione vera ac genuina indè ſit intelligentia haurienda.

Cùm igitur ſimplex & idiota laicus ſacra Biblia illotis manibus tractare, & pro ſuo iudicio rimari ac perſcrutari nititur, ſi qs ei ſenſus occurrat



occurrat ipſi adlubeſcens, & cum ipſius cerebro pulchrè conſentiẽs, germano autem ſcripturæ intellectui planè repugnãs, iam priuatam indè ſibi conflat religionem & peculiarem quendam deum, id eſt, priuatam hereſin nouumq́; idolũ, eiq́; honorem, corpus, facultates, animam ſuam impendit. Quod quidẽ mihi perindè fieri videtur, àcſi vulgus doctores & pharmacopolas ex myropolijs remoueat, pſuaſumq́; ſinguli habeant, ſe quoq; probè perſpectã habere pharmacorum, aromatum, radicum, aliarumq́; rerum medicarũ vim, vſum & opportunitatem: ſicq́; incipiant tum ſibi, tum ſuis, ex rebus illis preſcribere potiones & pharmaca, tãdèm etiam curandi & medicandi ſibi partes vſurpare. Puto equidem iſtos

Exemplum notatu dignum.

iſtos præclarè hoc munere perfun-
cturos, immò re ipſa breui nos cer-
tiſsimè comperturos, longè pſtare
vulgũ à Doctorib⁹ medicis & phar-
macopolis medicamẽta accipere,
q̃ ea ſibi ipſis pparare & ſumere.

Eadem eſt ratio Bibliorum vul-
gari idiomate redditorum. Poteſt
ea laicus plegere, atq; indè pro ſuo
cerebro pharmaca excerpere: ſed,
vt rerũ euẽtus docet, maiori ſuo de-
trimento q̃ cõmodo, & in exitium
potiùs ſuum, q̃ ſalutem: q ignoret,
ad quid vnaquęq; ſcripturę diuinę
ſentẽtia vel particula cõferat, & quo
pacto ea ſit vtendũ: poteſtq; fieri, vt
ex eo ipſo, vndè ſibi ſalutẽ concili-
atũ iri putat, certiſsimã ſibi mortẽ
conſciſcat. Quanuis eñ pharmaca
& medicamenta, pręclara & ſancta
Dei munera ſunt, quibus corporis
incolumitas inſtauretur & conſer-
uetur, at tñ niſi quis ijs certa men-
ſura, opportuno tempore, & pro
morbi, cui curando ea Deus condi-
dit, vtatur, non niſi pſens toxicum
ſunt, q morte hominí adferãt, vitã
tollãt. Atq; ex hac homæoſi vel ſi-
militudine ſatìs licet animaduerti,
q̃ ſit res plena periculi, ſacra Biblia
in vulgari idiomate (hoc pſertim
conſilio & mente, quòd vnuſqui-
libet ea per ſe probè queat aſſequi
& interpretari) beluæ multorum
capitũ populo ſiue vulgo propo-
nere & exhibere.

Porrò quòd Luteri verſionem
repræhendi, ab eaq; Chriſtianum
lectorem retrahere conatus ſum,
id ego firma, vera ac ſolida feci ra-
tione. Neque enim quiſquam in-
ficiàs ire poteſt, Luterum paſsìm
multas

Qui & vbi Luterus Biblia deprauârit.

multas gloſſulas tum à margine,tũ in ipſo textu attexere & immiſcere,quibus ille ſentẽtiam, ipſi textui planè contrariam,immò falſam & hæreticã,ſua deprauatione efficit. Ipſum præterea textum multis cęteniſ locis miſerãdum in modum corrupit,alibì addens, alibì demẽs: ſcripturasq; diuinas hunc in modum vel truncauit, vel aſſuendo ijs quædam adiunxit, quô ſuum Luteranum dogma & abominandas hæreſes inductis pulchris coloribus fucaret. Viſum eſt hoc loco aliquot proferre exempla, è quibus pſpici liceat,vt ille pro ſua libidine in omnibus ſcriptis diuinis egerit, prædatus,ſuffuratus ac rimatus ſit, ſeſeq; fœdiſsimè volutârit.

Epheſ.5.

D.Paulus ità ſcribit Epheſijs iuxta verſionem Latinam, quæ ad verbum



Vt Luterus Apoſtolu corruperit.

verbum cum græco textu concordat:Propterea accipite armaturam Dei,vt poſsitis reſiſtere in die malo,& in omĩbus perfecti ſtare. Hæc vir nobilis & inſignitè eruditus Georgius Gienger/Cæſareæ Maieſt.à ſecretis,ità rectè tranſtulit:

Ephe.5.

Darumb ergreifft den harniſch Gottes/auff daß jr an dem böſen tag widerſteen kundt/vnd in allen dingen/als die volkommen/beſteen mügt: Luterus autem trũcatìm,hunc in modum: Vmb des wegen ſo ergreifft den harniſch Gottes/auff daß jr widerſteen kundt an dem böſen tag/ vnd in allem ewren thůn beſteen mügt. Vbì ille omittit eam inprimìs neceſſariam dictionem,Perfecti. Ea enim verbi diuini deprauatio,illi vel maximè oportuna fuit ad Manichæi,

K

nichęi, quod ipſe excitabat, dogma hæreticũ ſtabiliendum. Docet enĩ, peccatum eſſe hominis particulã, nempe rem ream, eamq; tam tenaciter homini inſitam, vt in hac vita nulla diuinę gratię & Sacramentorũ vi & efficacia poſsit aboleri: itaq; hoĩem perpetuò in peccatis pmanere, nec vllam, quãuis minimam, iuſtitiam ſibi, dum in corpore degit, poſſe polliceri.

Facit præterea hoc loco Luterus, vt apud hæreticos oĩes more cõparatũ eſt: ſcripta diuina ſuis ipſorum verbis impugnat. Paulus enĩ ait: Non quòd iam perfectus ſim: ſequor autem, ſi quo modo cõprehendam: & paulò pòſt: Quicunq; ergò perfecti ſumus, hoc ſentiamus. Quo loco duplicis fit mẽtio perfectionis: Alterius quidem, q̃ iam in

Philip. 3.

ſpe



ſpe eſt, & in futura vita expectanda eſt, de qua alibì idem Apoſtolus ait: Spe ſalui facti ſumus. Alterius verò, de qua Chriſtus loquẽs, Eſtote, inquit, perfecti, ſicut & pater veſter cęleſtis perfectus eſt. Itemq;: Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. quę pfectio eſt, verbi gratia, vt gloria noſtra ſit teſtimonium conſciẽtiæ noſtræ, quod nos tenemur habere in hac vita, proptereaq; in eam incumbere curã, vt Dei armatura appræhenſa, poſſimus in omnibus perfecti ſtare.

Rom. 8.
Matt. 5.
Lucæ 6.
2. Cor. 1.
Epheſ. 6.

Atquì Luterus nullam hîc perfectionẽ admittit: immò docet, adeò non poſſe hominem perfectũ ſtare, vt etiam DEVS eum impellat ad peccandum. Diuus Paulus crebrò ſanè pfectionis vocabulũ vſurpat, eo tñ adhibito diſcrimine, vt

Lib. de Seruo Arbitrio, & alibi. Caluinus de prædeſtinatiõe.

K 2 eam

eam perfectionem, quę in cælis futura eſt, minimè cōfundat cū illa, q in terris in hac vitijs obnoxia vita, quaten⁹ carnis fert imbecillitas, & poteſt & debet ſeruari. Sed pfectionem hanc, quantulacunq; ea ſit in gradu ſuo, vtì Luterus per mendacium poſſet explodere ac abolere, ſcripta diuina truncare, & dictionē illam (Perfecti) furaciter auferre & expungere minimè dubitauit.

Rom. 3. Luterus vt Apoſtolum ad Roman. deprauârit.

Idem ille inſtitutum tenuit in illo Apoſtoli loco, vbì is tā in Græcis, quàm Latinis exemplaribus ità ſcribit: per legem cognitio peccati: quæ ille hunc in modum deprauatè cōuertit: Durchs Geſetz iſt nur erkantnuß der ſünden: Id eſt, Per legem non niſi cognitio peccati: adijciens videlicet textui illud ſuū (Nur/id eſt, non niſi) ob ſuam hęreſin



reſin hoc textu communiendam. Quanuìs autē Luterus initiò propalàm docuerit, vt ipſius ſcriptis probari poteſt, hodieq; Illyricani & Antinomi acritèr tuētur, legem neq; ante, neq; poſt iuſtificatiōem eſſe neceſſariam, adeoque quæuis opera bona admodùm pernicioſa eſſe ſaluti: at poſteà cōtra Antinomos, qui ex ipſius ſchola prodière, priorem doctrinā hoc pacto correxit, quòd lex quidem ante iuſtificationem ad peccata cognoſcenda neceſſaria ſit, poſteà verò prorſus inutilis. Huic ergò ab ipſo inſtauratæ Pelagianæ ac Manichææ hæreſi bellè inſeruiebat dictionis hui⁹ (Nur/id eſt, Non niſi) ad ſcripta diuina mendax adiectio.

Lib. Saxonicæ Eccleſiæ contra Georg. Maiorē. Amſdorffius libello, Bona opera ſaluti obeſſe.

Hac enim vnica dictione duas ille inſignes hæreſes inuexit, pri-

Vide Mileuitanum & Arauſicanū Concilia.

mò Pelagianã, quæ vult legẽ nihil præter peccati cognitionem conferre, eamq́; docere quid agendum & omittendũ ſit: itemq́; per Euangelium nullam nobis præſtari gratiam, ea quæ ex lege bona rectaque eſſe didicimus, perficiendi.

Alteram Manichæam, quæ itidèm (vt Luterus) aſſerit legẽ impijs eſſe poſitam, nõ Chriſtianis, vtpotè qui nulla lege teneantur, nec ad vlla obligentur bona opera.

Alio loco Apoſtolus & Græcè & Latinè ſic habet: Nũquìd nõ habemus poteſtatem mulierẽ ſororẽ circunducendi? Quod Luterus ità reddidit: **Haben wir nicht macht ein ſchweſter zů weib mit vmbher zufůrn:** id eſt, Nunquìd nõ habemus poteſtatẽ ſororẽ in vxorẽ, vel, p vxore circũducendi? vbi iterũ

1. Cor. 9. Deprauatio Luteri.





ſuam ille hæreticam muſcerdã ſacrarũ piperi ſcripturarũ permiſcet, apponens illis voces illas, in vxorem, vel, pro vxore: quod lõgè abfuit à Sanctiſpiritûs mente & ſententia, nec Apoſtolus ſcripſit vnquàm, neq; vllus catholicus Chriſtianus iam indè ab ipſis Eccleſiæ exordijs in diuinis legit voluminibus.

Ecquid verò hoc ſuo commẽtitio auctario ſibi vult Luterus? Illud nimirùm, nè quis deincèps vlli continentiæ, vlli caſtitati, vlli virginitati ſit locus in terris: immò Apoſtolum ipſum mendacij ille vult arguere, & paulatìm è ſacris Biblijs prorſus eradere ac abolere. Ait enim Apoſtolus: Volo autem oẽs homines eſſe ſicut meipſum: id eſt, vt ipſe exponit, ſacerdotes 1. Cor

omnes abſtinere à matrimonio & omni carnis voluptate, quo DEO potiùs quàm vxori placere velle videantur. Itemq; vbì ait: Qui matrimonio iungit virginẽ ſuam, benè facit: & qui nõ iungit, meliùs facit: vtrunque videlicet bonum eſſe ſignificans, & matrimonium inire, & cælibem viuere. Interìm tamen vbì ex duobus vnum, & quidẽ potius & præſtantius eligendum eſt: certum eſt, Apoſtolum cælibatum matrimonio lõgè anteferre. Atquì luculentam hanc verbi diuini mẽtẽ & ſententiam, Luterus adijcienda hac vocula zum Weib / id eſt, in vxorem, vel, pro vxore) non modò è ſacris Biblijs, verùm etiam ex multorum millium hominum pectoribus per immane animarum parricidium expunxit & eraſit: & non

Ibidèm.

Luterus addit ad textũ.



non ſolùm caſtitatem omnem & virginitatẽ, ſed etiam ſanctũ ipſius matrimonij ſacramentũ adeò proculcauit & peſsùm preſsit, atq; (vt ſuprà dictum eſt) ceu hominũ cõmentum eleuauit, vt iam nihil ſit vſitatius, magisq; in more poſitũ, quàm, ſi nolit vxor, vt veniat ancilla. Extant hodieq; Luteri & Melãchthonis Epiſtolæ & conſilia per literas data, quibus illi apertè permittunt, fasq; iusq; eſſe pronunciant, maritum vnum duas habere legitimas vxores. Poſſunt etiam exempla aliquot, quæ cum horum Prophetarũ doctrina pulchrè concinant, & ab ijſdem Prophetis approbata ſint, re ipſa proferri & vel digitis demonſtrari.

Neq; ſanè eſt, quòd putet quiſquam, fallacem hãc Luteri verſio-

 nem,

nem, nouum quendã ac nupèr in-
uentum habere errorẽ. Fuit enim
is error etiam Auguſtini ætate, qui
eum his verbis cõfutat: Ad hoc enĩ
& fideles mulieres, habentes ter-
renam ſubſtantiã, ibant cum Apo-
ſtolis, & miniſtrabãt eis de ſubſtã-
tia ſua, vt nullius indigerẽt horum,
q̃ ad neceſſaria vitæ huius pertinẽt.
Quod B. Paulus licere quidem ſibi
demõſtrat, ſicut & cæteri Apoſtoli
faciebãt, ſed ea poteſtate ſe vti no-
luiſſe poſteà cõmemorat. Hoc qui-
dam non intelligentes, non ſororẽ
mulierẽ, cùm ille diceret, Nunquìd
nõ habemus poteſtatem ſororem
mulierem circunducendi, ſed vxo-
rem interpretati ſunt. Feſellit eos
verbi Græci ambiguitas, q̃ & vxor
& mulier eodẽ verbo Grecè dicit:
quanq̃ hoc ità poſuerit Apoſtolus,
vt

Lib. de opere Monachorum, capit. 4.

γυνή



vt falli nõ debuerint: q̃a neq; mu-
lierẽ tãtummodò ait, ſed ſororem
mulierẽ: neq; ducendi, ſed circun-
ducendi. Veruntamen alios inter-
pretes nõ feſellit hæc ambiguitas,
& mulierẽ, non vxorẽ, interpretati
ſunt. Hęc Auguſtinus: quibus quid
poſſet rotũdiùs & explicatiꝰ aduer-
sùs falſã Luteri ĩterpretationẽ dici?

Eſt etiã in Eccleſia laudabilis con-
ſuetudo, & diuina Apoſtoli cõſtitu-
tio vel inſtitutio, oẽm ſcripturã ſa-
crã ad Chriſti paſsionẽ accõmoda-
re & dirigere, ità vt lectiões & pre-
ces oẽs, ꝑcipuè ſacerdotũ & eorũ q
ſacris initiati ſunt, ſiue cleri, ea rati-
one in certas horas diſtributæ ſint,
vt & Dñicæ ꝑpeſsionis hiſtoriæ, &
oĩm ſacrorum Bibliorum diſtribu-
tioni conuenienter & congruẽter
intelligãtur. Indè adeò eſt, vt antè
iam

Horæ precãdi, vel preces Canonicæ vel horariæ.

iam meminim⁹, vt Matutinæ, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperæ & Completorium, Horæ Canonicæ vocentur. Hæc autem non humanæ eſſe conſtitutionis vel traditionis, poteſt multis ſcripturę locis euidentiſsimè confirmari. Dauid enim in Pſalmo quodam, Septiès, inquit, in die laudē dixi tibi ſuper iudicia iuſtitię tuæ. Vt autem certis quotidiè horis id fuerit actitatum, eodem Pſalmo ſic ait: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſtificationis tuæ. Et alio Pſalmo: Veſperè, & manè, & meridie narrabo & annūciabo, & exaudiet vocē meam. Manè in Eccleſia dicitur Prima, vel preces horæ Primæ: Meridie, Miſſæ Sacro abſoluto, Nona: Veſperè, preces Veſpertinæ. Porrò in Actis fit Sextæ

Ibidèm.

Pſal. 118.

Pſal. 54.



xtæ mentio, vbi Petrus aſcendiſſe ſcribitur in ſuperiora, vt oraret circa horam Sextam. Tertiam quoquè, Sextam & Nonam videre eſt apud Danielem, quibus ille quotidiè lachrymabundus orauit cōtra Hieruſalem. Completorij aūt tempus indè ſatìs liquet, quod de Chriſto Lucas ſcribit: Factum eſt autē, in illis diebus exijt in montem ſolus orare, & erat pernoctans in oratione Dei.

Actor. 10.

Dani. 6.

Lucæ 5. 6.

Sūt prætereà Horæ iſtæ, vel preces horariæ, ex diuina inſtitutione eo pacto ad Chriſti paſsionem cōmemorādam diſtributæ, vt quælibet Hora ceu peculiarem quēdam Dominicæ perpeſsionis actum vel articulum commemorādum proponat. Matutinarum enim precū tēpore, id eſt, nocte, Chriſtus natus eſt,

Vt Domini paſsio ſit cō memorāda.

eſt,captus eſt,cæſus,illuſus, contumelijs & ludibrijs affectus eſt. Hora Prima, id eſt, manè, primo diei tempore, Pilato traditus eſt,& falsò delatus. Eodẽ tempore è ſepulcro rediuiuus apparuit Mariæ Magdalenæ. Hora diei Tertia, flagellis cęſus, ſpinis coronatus, irriſus,damnatus eſt,crucemq; ſuam ferens, ad eum locum, vbì cruci ſuffigendus erat,ductus eſt. Eadẽ hora Spiritusſanctus datus eſt Apoſtolis. Acto.2.

Sexta diei Hora crucifixus, felle & aceto potatus, & latronũ inſtàr habitus eſt.

Ad Nonam diei Horam, ſpiritũ ſuũ in patris manus commẽdauit, & mortuus eſt, & latus eius lancea apertũ eſt.Hora Veſpertina è cruce depoſitꝰ,adextremũ Cõpletorij tẽpore vnctꝰ & in ſepulcro cõditꝰ eſt.

Morem hunc ſanctum & celeberrimum,ad ſeptenas Dominicæ paſsionis horas accõmodatum, ab ipſis Eccleſię incunabulis Apoſtoli & oẽs eorum ſucceſſores ac poſteri toto orbe Chriſtiano hactenùs obſeruârunt: Luterus verò in magnam Dei contumeliam, & inæſtimabilẽ Chriſtianæ Reipublicæ pniciẽ ac detrimentum,multis locis prorſus extinxit & abrogauit: è diuerſo autẽ priſcam illam, iam olim damnatã Vigilantij hereſin introduxit. Qua in re nè illi impedimẽto forẽt expreſſa ſcripta diuina de eiuſmodi precandi modo, ſcripturæ textum falſa interpretatione corrupit. Græci & Latini codices ſic habent: Petrus & Iohannes aſſcẽdebant in templum ad horam orationis Nonam. Idiomata omnia hunc Acto.3.

hunc locum, Ad horam orationis Nonam, ità exprimunt, vt viſitatã quandam ac definitam ſignificet horam vel tempus, quo orationi vacare ſolebant. Quod vt Luterus obliteraret, ità nobis hunc locum tranſtulit: **Petrus vnd Johannes giengen hinauff in den Tempel vmb die neundt ſtund zu bettẽ**/ id eſt, Petrus & Iohannes aſcẽdebãt in templum circa horam nonã ad orandum: perindè àc ſi Apoſtoli illi caſu quodam ac impremeditatò, non autem ſtatuto ac præfixo more & conſuetudine, ad horam nonam precati ſint: quaſi etiam parui referat, vtrùm in Biblijs legatur, orationis, an, ad orandum. Quàm verò immanis ex hac tantilla deprauatione in pleriſq; egregiè fundatis ac inſtitutis locis & Eccleſijs deſolatio & vaſtitas profecta ſit, ſi quis nôſſe velit, inſpiciat ille tot loca in Dei cultum deſtinata, inſignesq́; fundationes tot cœnobiorum, Abbatiarum, Xenodochiorum, Epiſcopatuum, atq; id genus permultorum aliorũ, vbì pridèm Deus omnipotens cultu & honore afficiebatur: eo, quo dictum eſt, modo preces Horariæ, quas Canonicas Horas vocant, ingenti cum deuotione decantabantur & perſoluebantur, idq́ue in ſacroſanctæ Chriſti IESV Domini noſtri perpeſsionis commemorationẽ. Vbì ſi fortaſsìs nonnulli irrepſerant abuſus, certè laudatiſsimam illam ac diuinam inſtitutionẽ & ordinationem retineri par erat, abuſus amoueri.

*Luterus ſtatas precãdi horas aboleuit.*

Eodem cap. Actorum Apoſtolicorum,

Acto. 3.

Luterus nullum vult eſſe meritum apud Deũ.

licorum, Petrus cùm claudũ ſanitati reſtituiſſet, hac ad populum oratione vſus legitur: Viri Iſraëlitę, qd miramini in hoc? aut nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute aut pietate fecerimus hunc ambulare? Græcus enim textus habet εὐσεβείᾳ, quod Latin⁹ interpres pietatẽ vertit, Luterus verò meritum. Atqui multùm intereſt inter hãc pietatẽ, & meritum ſiue pręmium. Verùm Luterus, quô omnia rectè facta & bona opera eleuaret ac exploderet, in eam ille curam neruos ſuos paſſìm intendit, omnibus vt perſuaderet, bonorum operũ nullũ eſſe meritum apud Deũ, nihil niſi Dei iram illa mereri. Itaq; merita om̃ia Lutero planè infrugifera ac ſuperuacanea ſunt: atq; huic eius aſſerẽdo errori, etiam ſcripta diuina, vt falſa



falſa interpretatione accommodarentur, pati debuêre.

Non alium ille ſe præbuit erga Ordinis Sacramentum, quô ſacerdotium omne ex Eccleſia profligaret, & in eius locum omnis generis nihili homunciones, qui ſuos artium mechanicarum magiſtros fugerint, nec alicuius bonæ frugis eſſe velint, putà, helluones, aſotos, ganeones, qui ſua patrimonia & rem omnem decoxerint & abligurièrint, in Eccleſijs ſubſtitueret ac ſubrogaret. Cui inſtituto ac propoſito itidèm per vim contortæ ac inflexæ ſacræ literæ, ſuam locare operam debuêre. Vbi enim Diuus Paulus Timotheum diſcipulum ſuum, quem Epheſinum Archiepiſcopum ordinârat, illorũ Dei donorũ, ſiue illius diuinę gratię

1. Tim. 4.

commonefacit, quæ data illi erat cum impoſitione manuũ presbyterij, ſiue ſacris conferendis ordinibus, his vtitur verbis: Dum venio, attende lectioni, exhortationi, doctrinę. Noli negligere gratiam quę in te eſt, quæ data eſt tibi per Prophetiam, cum impoſitione manuum presbyterij. Pro qua dictione, Presbyterij, Luterus tranſtulit, der áltiſten/ id eſt, ſeniorum: populo vt perſuaderet, ſacros Ordines nõ eſſe Sacramentum: neq; neceſſarium eſſe, vt ij, qui Sacramenta miniſtrare, concionari, Eccleſias moderari debẽt, ab Epiſcopis qui ſacerdotes ſint, ordinentur ac initientur: ſatis eſſe, ſi à conſule, ſenatoribus, ædilibus vel prouiſoribus, vt vocant, vel alijs populi ſenioribus aut natu maioribus, ad Eccleſiaſticam functionem admittantur. Vndè tandèm id conſecutum videmus, vt in vrbibus, vicis & pagis inſulſi ſutores, ſartores, pincernæ, ſerui, & eius farinæ perdita hominum fæx, nullis initiati ſacris, nulla eruditione & ingenio prędití, miſeram plebeculam pro ſuo emoto cerebro è ſectis alijs in alias abducant, in immanem Dei præpotẽtis contumeliam, & venerandorum Sacramentorum ludibrium ac irriſionẽ, cum multigena quoquè ſcripturæ diuinæ deprauatione, & miſerando innumerabilium animarũ exitio & perditione.

1. Tim. 4.

Sacrificuli & miniſtri Eccleſiaſtici Luteranorum.

Hanc verò calamitatem, ex praua interpretatione oriundam, Luterus & Melanchthon cùm vidiſſent eò proceſsiſſe, vt quiuis ſeditioſus nebulo, putà, Thomas Munzerus

Luteri incõſtãtia ac leuitas.

zerus apud Turingos, Bernardus Rotman in Vueſtphalia, Matthias Illyricus in Saxonia, pluresq́; alij locis alijs abſq; vlla ordinatiōe vel initiatione,& Vuittenbergenſium Theologorum permiſſu,ſeipſos in functiōes Eccleſiaſticas ingererēt, ac nouas hęreſes & ſchiſmata fabricarent, mox illi in aliam mutati ſunt formam.

Luterus quidem, vt prauam ſuam verſionem nonnihil reſtringere,& ad Ordinis ſacramentũ referre poſſet,in extrema editione in eam dictionem,ältiſten/ à margine ad textum hāc annotauit gloſſulam:id eſt,ſacerdotum vel ſacerdotij.

Philippus autem ob eas quas diximus,rationes, licèt anteà cuncta penè Sacramenta non niſi pro homi-





hominum commentis & figmentis habuerit, in ſuis locis communibus Ordinem ſacerdotum in ſacramentis numerat, iubetq́ue vt is Ordo non alio, quàm veri ſacramenti loco & habeatur, & vſurpetur.

Luteri obliqua recantatio.

Sed hæc obliqua Luteri & Melanchthonis retractatio ac palinodia neque profecit quicquam, neq; etiamnum in rem conferri, vel ad effectum perduci poteſt. Vulgus enim obſtinato animo in eo perſiſtit, quod Luterus & Melāchthon anteà docuêre, Ordinem non eſſe in Sacramentis ponendum: homines omnes eſſe ſacerdotes: licèt hęc opiniò panè ſit Arriana, Aëtiana & Pepuſiana, iam olim dānata hæreſis, quā Luterus noſto æuo ex hac dictiōe(ältſten/presbyterij)in

Vide lib. 2. Epipha. de Hæreſibus, & Bernard.

lucem reuocauit: Hac enim Græca Pauli voce, presbyterij, ille non alitèr quàm prætextu quodam ad iſthanc adſtruendam hæreſin abuſus eſt, cùm tamen ea Paulus non ſeniores (die eltiſten) ſed ſacerdotium ſignificare velit: quemadmodùm eum locũ totus orbis Chriſtianus hactenùs ſemper & vbiquè & accepit, & interpretat⁹ eſt. Sed Luterus nihil id moratus, eas quas ã iamq; diximus, obſoletas olim hæreſes, inſtaurare non dubitaui, eo videlicet prætextu & obtẽtu quaſi Paulinæ ſint inſtitutionis & doctrinæ, & purum putum Dei verbum.

Atq; tametſi Exenpla hæc ſatìs eſſe queant ad coarguẽdam Luteranę verſionis falſitatem, tamen libet auctarij cuiuſdam loco etiam illud adiungere, quod Apoſtolus alibì



alibì ſcribit hũc in modum: Videte nè quis vos decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam, ſecundùm traditionem hominũ, ſecundùm elementa mundi, & non ſecundùm Chriſtum. Hæc eodem modo etiam in Græcis exemplaribus legũtur. Ecquid verò Luterus hîc agit? Vbì hîc habetur, Secũdùm elementa mundi, ille vertit, Nach der Welt ſatzungen/id eſt, ſecundùm mũdi leges vel cõſtitutiones. Coloſ. 2.

Eſt id ſanè cumprimìs admirãdũ, quo vertiginis ſpiritu prophetę iſti præditi ſint. In ipſis naſcentis noui huius ipſorum Euangelij primis initijs, cùm Luterus etiãnùm, vt ipſi dictitabãt, in ſua Patmo verſaretur, Philippus Melanchthon docuit, quandoquidem Chriſtiani oẽs θεοδίδακτοι, id eſt, diuinitùs edocti

Vide Luteri præfatiõem in Annotationes Philippi in Paulum.

Nullis ſtudendum artibus liberalibus, ſed omnes mechanicos eſſe debere.

 ſunt,

ſunt, neminẽ debere Philoſophiæ nauare operam: Platonem, Ariſtotelem, Ciceronẽ, eiuſq́; farinę philoſophos alios, non niſi friuolas quaſdam impoſturas, & commentitia hominũ dogmata ſcripſiſſe & tradidiſſe. Itaq; eorum nequitias nullo pacto addiſci debere, ſed eas potiùs vulcano permittendas, (vti etiam pleriq; eorũ fecêre) planeq́; comburendas: ſola autẽ lectitanda eſſe Biblia & meditanda: ex ijs enĩ abundè ſuppeditaturum Spiritum ſanctum, quæcunq; cuicunq; tum ad temporariam, tum ſempiternã ſalutem ſcitu neceſſaria ſint. Neq; verò hominem è religione Chriſtianum id decere, vt ſtudijs deditam ac ocioſam agat vitã, ſed ſcriptum eſſe: In ſudore vultûs tui veſcéris pane tuo: id eſt, vt ipſi interpretati

Gene. 2.



pretati ſunt: aratorem, coriarium, laniõem, ſartorem, vel aliũ quempiam opificem ages, atq; eiuſmodi pdiſcẽdis & excolendis artibus mechanicis victũ tibi tuiſq́; parabis.

Quæ Melanchthonis oratio tametſi non modò ab o͞mi hũanitate abhorret, ſed etiã planè pecuina & belluina eſt, nempe artes oẽs liberales, q̃ orbi & Chriſtianę Reip. adminiſtrandę à Deo peculiariter collatę ſunt, tolli è medio debere, & nõ niſi mechanicas, & agricolationẽ, & reliquas rei familiari accõmodas, ſolas eſſe retinendas: at nihilo minùs ea tam immanis abſurditas & praua opinio, vſq; adeò in vulgus increuit, & propagata atque in rem collata eſt, vt Vuittenbergæ plerique libros igni tradiderint, & pro ſua quiſque oportunitate ad

Melãchthonis belluinũ dogma.

ad artes mechanicas, agricolationē, alenda pecora, & alia huiuſmodi negocia ſeſe contulerint: adeoq; Carolſtadius ipſe haud procùl à Vuittenberga in pagū ſe receperit, arationi, agro colendo & ſerendo ſeſe addixerit, & per ſe Vuittēbergam ligna precio diſtrahenda intulerit: pleræq; etiā inſignes vrbes, atq; in ijs Vratiſlauia, ſcholas oēs occluſerint, & annis aliquot ſinè præceptoribus & iuuentutis inſtitutione vaſtas reliquerint. Quòd ſi quis percontatus eſſet, qua ratione iſthuc fieret, textu illi Paulino haud alitèr, quàm mendacij quodam velamento, & hæreſeos ſcuto abuſi, aiebant ſcriptum eſſe: Videte nè qs vos decipiat per Philoſophiam & inanem fallaciam, ſecūdùm traditionē hominū. Porrò Luterus hac re infauſta, ipſiusq; inſtituto & ꝓpoſito planè contraria comperta, vbì ex Patmo Vuittenbergā redijt, Philippum quidem caſtigauit, Carolſtadium aūt ex Vuittenbergenſi ditione profligauit: hac tam ſeria animaduerſione ſatìs indicans, ſi quidē Grammatica, Dialectica & Philoſophia ꝓſciberent, nō poſſe ſe nouum ſuū Euāngeliū ſcribēdo, cōcionādo, diſputādo longè lateq; diſſeminare. Omiſſo igit̄ illo Pauli textu, eiusq; ſentētia nihil mutata, ait Philoſophiam in ſe bonā eſſe, ſi quis ea rectè & non in fraudem & falſam hominum doctrinam abutatur. Quod ab illo dictum eſſet nō malè nec immeritò, ſi ipſe Philoſophia pro eius genuina mente & ſentētia, & nō ad carnale ſuū Euāgeliū & multiuaria callida hæreticaq; ho-

Nouū Euāgeliū Scholarum impatiens. Extant hodieque eius rei teſtes ſuperſtites.

Coloſ. 2.

hoīm dogmata miſerādū in modū fuiſſet abuſus. Sed cùm cerneret abſq; philoſophia & Scholis ſe inſtitutum ſuum per orbē propagare non poſſe, hunc Apoſtoli textū miſſum fecit, eaq; verba ſibi arripienda cenſuit, quæ eodem habētur loco, hæc videlicet: Elementa mūdi. Non enim tam illi impēdiò obſiſtebat philoſophia & Scholæ, q̃ mūdi huius magiſtratus & illi qui rerum potiuntur: quorum authoritas & quæ illis præſtanda eſt obedientia, niſi ab ipſo planè labefactata & peſsùm preſſa foret, facilè animaduertit inſtitutum ſuū, quo ille doctrinam veterem extirpare, ſuam nouam introducere moliebatur, non poſſe ſuos habere progreſſus. Vt ergò conatum ſuum fuco quodam tingeret & ornaret, Apoſtolum ipſum compulit, ſuum (id eſt, Luteri) dogma vulgari quidem, ſed Luterano planè idiomate reſonare, & pro ijs verbis, ſecūdùm elemēta mundi, iſta nobis promere, Secundùm leges vel conſtitutiones mundi: perindè àc ſi ea fuerit Apoſtoli mens & præceptio, quādoquidē leges ciuiles & decreta nō ſunt ad verbū, ità vt ſonant, à prophetis vel Apoſtolis in diuinis ſcripturis luculētèr expreſſa, ſed à rerū politicarū ſeu mūdanarū pitis inſtituta, neminē mortaliū illis teneri.

Luterus cōtra ciuiles Magiſtratus.

Atque hæc fabula pulchrè inchoata eſt, & Lutero non omninò ſucceſsit infeliciter, idque ob hanc ſcripturæ ſacrę falſam interpretationem, pluresq; alias verſutas eius impoſturas. In libro, cui de ſeculari poteſtate titulū fecit, ſcribit q̈ inter Chri-

Chriſtianos nulla ſit ſuperioritas, vel nulla poteſtas & magiſtratus. Eodē libro, & Epiſtola contra duo Cęſaris mandata, ait, principes noſtros eſſe mendaces & obſtinatos, nec homines ratione prędítos, ſed Germanicas beſtias, (wildpret im himel/ id eſt, ferinas carnes in cęlo) orandum eſſe DEVM, nè ſubditi obediant ſuis magiſtratibus, vel in militiam eant, vel dent aliquid cōtra Turcas: quòd Turca deciès probior prudentiorq́; ſit, quàm noſtri principes. In Aſſertionum quoquè libro affirmare non dubitat, præliari contra Turcas, id eſſe repugnare Deo, punienti nos per Turcicam tyrannidem. Præterea libro de captiuitate Babylonica, nullam aliā dicit eſſe remedij ſpem, niſi reuocato libertatis Euangelio, ſecūdùm ipſum,

Luterus lib. Aſſertionū contra Leonem x.

Luterus lib. de Captiuitate Babyl.



ipſum, ſemèl extinctis omnium hominum legibus, omnia iudicemus & regamus. Nullum enim magiſtratum, immò nec angelum è cælis, habere poteſtatem vel authoritatem legē vllam Chriſtianis præſcribendi, præterquàm quod ipſi vltrò libenteſq́; amplecti & habere velint: ſiquidem Chriſtianos ab omnibus immunes eſſe. Item libello contra Vuormatienſes Collectores ſcribit, nullam Remp. feliciter legibus gubernari. Deniquè in reſponſione ſua aduersùs Ambroſium Catharinum, velut quibuſdam furijs agitatus, vociferatur & clamitat, Neq; Chriſtianam Eccleſiam, neq; Euangelium, vllum Magiſtratum & Iuriſdictiones vel ſcire, vel ferre poſſe. Hæc enim oīa eſſe hominum commenta & tyranni-

Nota, Ibidèm.

Nota.

M

rannicas aduersùm miſeros Chriſtianos adinuentiones.

Cùm igitur Luterus huius prauæ ac falſæ interpretationis ſuę fuco & prætextu, Ius pontificium exuſſerit, Ius Ciuile in contemptum adduxerit ac ꝓculcârit, ruſticos cōtra ipſorum dominos & principes in ſeditionem concitârit, atq; alias prætereà omnis generis turbas & rebelliones exciuerit, vnuſquilibet ab hac tam pernicioſa verſiōe ſibi diligenter cauendum exiſtimabit. Quis enim tam rerum omniū imperitus eſt, vt nō intelligat, Elemēta mūdi aliud eſſe, quàm leges mūdi? D. Chryſoſtomus, Theophylaꝺus, alijq́; ſancti Patres locum hūc ità interpretati ſunt, quòd Apoſtolus dictione hac, Elemēta, innuere voluerit aſtrologicas prædictiōes, quibus artes magicæ & variæ incātationes familiares eſſe conſueuerunt, vitandas & profligandas eſſe: id quod non modò ſcripta Diuina veteris ac noui Teſtamēti & complures egregij Canones expreſsè volunt, ſed etiam leges Ciuiles (vt in Codice de Iudęis & Mathematicis cernere eſt) grauiſsimè & acerrimè vetant.

Quibus tñ omnibus pro nihilo habitis, Luterus ea non niſi politicas vel ſeculares & prophanas vult eſſe conſtitutiones, eaſdemq́; execratur & damnat: è diuerſo autem Melanchthon Vuittēbergæ Aſtrologiam illā oīibus legibus vetitā, egregiè inſtaurat, idq́; adeò, vt hac tēpeſtate illa dubia & incerta Philoſophia, in nulla vſquàm Academia tantoperè verſetur, excolatur

ac prædicetur, atquè in hac ipſa Vuittenbergenſi.

Poſſem equidem id genus innumera deprauatorum Luteri verſione Bibliorum exempla proferre, niſi mea prolixitate Chriſtiano lectori ſtomachum me moturum vererer. Poteſt autem, quiſquis veritatis eſt amãs ac ſtudioſus, ex his paucis, q̃ attulimus, exemplis haud difficultèr conijcere, quid de tota Luteri Biblica interpretatione ſentiendum ſit, maximè ſi ſecum perpẽdat, eum qui vel ſemèl honeſtatis metas & limites vel in minimo exceſſerit, deindè abſq; vllo pudore quouis ſeſe ſcelere obſtringere ſolere.

Quærat autem fortaſsìs aliquis, cùm ſit idiotis ſacrorum lectio Bibliorũ in vulgari idiomate periculoſa,



loſa, quidnam tandèm illis agendum ſit, nè ſuę ſaluti exitium adferãt. Sunt enim etiam in vulgo pleriq; homines curioſi, qui à lectiõe abſtinere non poſsint, ſed velint quippiam habere ſibi propoſitũ, quo ſuas cogitatiões & animi motus componere & trãquillare queant. quid igitur his ex ſacris Biblijs vtiliter legendum permitti debet? Totam ſcripturã diuinam etiamſi ea probè ſit tranſlata, illis legẽdam permittere num expediat, deliberandum eſt, cùm ſit res plena periculi, & multarum queat eſſe occaſio malarum cogitationum, ſi fœminis, virginibus & adoleſcẽtibus hiſtoria Lot & filiarum eius, Iudæ quoquè & Thamar, atq; etiam quo pacto adulterium in fœminis exploratum ſit, pluraq; alia exempla

Gene.19. Gen.38. Num.5.

& hiſtoriæ proponantur: nec poſ-
ſit abſq; pnicie eiuſmodi lectio ijs
q iuuenili ſunt ætate, pmitti. Lege
apud Hebræos cautum erat, vt niſi
quis ætatē ſacerdotalis miniſterij,
id eſt, annum triceſimū impleuiſ-
ſet, nec principia Geneſeos, nec
Canticum Canticorum, nec Eze-
chielis exodium & finem legere p-
mitteretur: idque ea ratione, quòd
licèt prophetarū ſermones & ſcri-
pta in ſeipſis DEI verbum ſint, ta-
men intempeſtiuum videretur, ad
tanta tamq; recōdita myſteria cui-
libet indiſcriminatìm aditum pa-
tefacere vel claues tradere, nè illa
myſteria, quæ Deus tegi & occul-
tari voluit, paſsìm ab om̄ibus pro-
phanarētur. Eſtq; ſanè id ſingulari
quadam præpotentis Dei diſpoſi-
tione factum, vt præcipua verbi DI-
uini

Vide Hierō. præfationē in Ezechielem.



uini myſteria & Sacramenta, La-
tino idiomate ab Eccleſia Roma-
na in tot barbaras nationes illata,
tractata & hucuſquè conſeruata
ſint.

Nè tamē ab his arduis ſcriptu-
ræ DIuinæ rebus & myſterijs vul-
gares laici penitùs excludantur, ſed
ad ea, quatenùs ipſis ad ſalutem cō-
ducibile ac neceſſarium eſt, poſsint
admitti, fortaſsìs quippiam eiuſ-
modi non abſque fructu decerni
conſtituiq; queat.

Quandoquidem in ſacris Bi-
blijs permultæ hiſtoriæ & quæ-
dam alia habentur, quæ non laicis
modò, verùm etiam pleriſq; infe-
rioris notæ ſacerdotibus non ma-
gnoperè neceſſaria ſint, olim ſan-
cti quidam Romani pontifices ex
omnibus ſcripturis diuinis quædā

 præ-

præclarè & accuratè ſelegerunt, eaque in librum vnum compegerunt, quem Breuiarium appellant: in quo ea omnia abundè comprahenſa ſunt, quæ vulgaribus laicis & ſacerdotibus quotidiè legenda & precanda videantur. Iſthoc Breuiarium in ſeptem Dominicæ perpeſsionis horas eo pacto diſtributum eſt, vt ſi cui ità vt par eſt legere, aſsidueq; in preces incumbere libitum ſit, nō facilè elegantiorem præclarioremq; modū aſſequi vel excogitare queat.

Quod proculdubiò animaduertit vir nobilis & excellēti doctrina D. Georgius Gienger/ Cæſar. Maieſt. à Secretis &c. atq; hac ratione permotus, idem Breuiarium chariſsimæ filiæ ſuæ ea Germanici ſermonis puritate & elegantia tranſtulit,



tulit, vt Lectiones, Euangelia & Pſalterium maiori propemodùm gratia & animi voluptate legantur Germanicè, quàm Latinè. Quamobrem conſultius fortaſsìs fuerit, vulgares laicos eiuſmodi Breuiarium legendi precandique cauſa in manus ſumere, quàm ſinè ordine, & abſq; certa, cuiq; tutò fidere queant, expoſitione ſacras literas rimari, maximè cùm id, citra ingens alicuius prauæ intelligentiæ & hęreſeos periculum, fieri vix queat. Poſsit itidèm eſſe non infrugiferū, ſi præcipuæ quædam homiliæ & conciones ex Chryſoſtomo, Ambroſio, Auguſtino, Gregorio, Beda, Bernardo, & his ſimilibus patribus colligerentur, atq; in Poſtillam vnam de Tempore & Sanctis per totius anni circulum redigerentur:

rentur: ijq; vulgari ſermone candidè redditi, populo legendi permitterentur. Deniquè cùm apud hos ipſos S. Patres multiuariæ precationes pro quibuſlibet rebus neceſſarijs ſiue neceſsitatibus extẽt, poſſent eę quoquè in commodum redactę ac digeſtę ordinem, & accuratè in vulgare idioma tranſlatæ, vulgo pietatis ac deuotionis exercendę cauſa communicari. Equidẽ ità mihi perſuadeo, quemlibet è vulgo laicum, qui non curioſitatis, ſed fidei, ſpei & charitatis ſuæ confirmandæ cauſa lectioni incumbere velit, in ijs, quos diximꝰ, libris abundè poſſe ſitim explere ſuam, ſuoque voto potiri.

TER-



# TERTIA LIBRI HVIVS PARS.

TERTIAE partis libri huiꝰ argumentũ eſt, Luterãos abſq; vlla ratiõe ac temerè eo me nomine traducere, quaſi ego aliquot dogmatum illorum articulos, quibus illi hæreticas ſciſſuras & diſſenſiones fabricant, partìm falsò allegârim, partìm nonnullos illis articulos affingam, quos illi nunquàm docuerint.

Quòd ad Luteranorum ſciſſuras

&

& diſſenſiões attinet, Doctor Smi-
delinus Goppingenſis Eccleſiaſtes,
ſuperos & inferos oẽs in me con-
citat, & quamuìs ſanctè deierat, Lu-
teranos ſeu Euangelicos in ſuæ
doctrinæ fundamento nec in mi-
nimo diſcrepare: ſed ſi qua vſpiàm
ſit controuerſia, eam prorſus non
eſſe de vllo vel fidei, vel Auguſta-
næ ipſorum confeſsionis articulo.

Inuenire eſt paſsim & vbiquè
pmultos homines leues, nulliusq́;
precij, immò & impudentes, qui
dicere nõ vereantur, diem eſſe no-
ctem, ignem aquam, turpitudinẽ
honeſtatem, & ità de reliquis: at
impudentiorem Eccleſiaſten totis
his quadraginta annis nunquàm
Germania vidit, atquè hunc ipſum
Iacobum Smidelinum Goppin-
genſem, vtpotè quem non pudet
neq;



neq; piget typographorum arte
publicè editis ſcriptis, ijsq́; homi-
nibus illuſtribus nuncupatis aſſe-
rere, inter Luteranos in ipſorũ do-
ctrinę fundamẽto nullam eſſe diſ-
crepantiam, nullã in Auguſtanæ
confeſsionis articulis diſſenſionẽ.
Vertiginem adfert homini leuiſsi-
mo argumẽtum iſtuc, vbì ſciſſuræ
ſint & ſchiſmata in pcipuis Chri-
ſtianæ doctrinæ articulis, ibì etiam
hæreſes non poſſe non eſſe. Atquì
Luterani negare non poſſunt, per-
multas apud ipſos hæreticas ſciſſu-
ras & ſchiſmata, etiam in præci-
puis Auguſtanę confeſsionis ipſo-
rum articulis, reperiri. Sunt er-
gò inter eos hæreſes quoquè &
hæretici. Sed cùm primæ pro-
poſitioni nemo abſq; veritatis in-
iuria poſsit contradicere, Smideli-
nus

Nota. Fundamentum libri huius.

nus ad alteram ſeſe transfert, pernegans apud Euangelicos vel de minima particula vllam extare cōtrouerſiam.

Quod vt confutetur, & homo impudens (qui licèt crebrò admonitus ſit, tamē perſtat in ſententia) coram toto orbe pudefiat, quoſdã illius ſymmiſtas & eius ſimiles ſectarios huc adferam, qui illi pileum nonnihil à fronte remoueant, eumq́; ad ſpeculum adducant, vtì vel ſic oris ſui impudentiam frontemq́ue perfrictam poſsit animaduertere.

Itaq; Nicolaus Amſdorffius libro ſuo, cui titulum fecit, Publica confeſsio puræ doctrinæ Euangelij, & cōfutatio præſentium Svuermerorum, vel factioſorum:

Res, inquit, nihilo fit melior, ſed in



in dies deterior. Omnia nihil præ ſe ferunt aliud, quàm Euangelium apud nos peſsùm iturum, & loco Euangelij nō niſi meros eoſdemq́; egregios errores nos habituros: non quidē aliam ob cauſam, quàm quòd humanæ rationis prudētiæ, non autem ipſius veritatis ſtudioſi ſumus. Brentius & Adiaphoriſtæ iam in Colloquio Vuormatienſi Zuinglium & Oſiãdrum, propterea quòd linguarum & artium inſigni peritia fuerint, condemnare noluerunt: noſtros autē, qui Colloquio illi conſentire recuſârunt, niſi illi damnarētur, ſannis & contumelijs laceratos, è Colloquio excluſerūt, atq; abire cōpulerūt, &c.

Brentius iã non eſt Luteranus.

Sunt qui dicant eos condemnare Zuinglianiſmum, ſed Brētij præfatio in librum Dñi Iacobi Gop-

En tibi Smidelinū egregium conciliatorem.

Goppingēſis, longè aliud teſtatur. Hîc enim pium Luterum & Zuinglium, ſi dijs placet, conciliare moliūtur: quod planè impoſsibile eſt. Quis enim vnquàm audiuit cōtradictoria poſſe redigi in concordiā? Eiuſmodi res pueriles, & quæ omninò fieri nequeant, non verētur illi proponere, qui orbis Chriſtiani ſe magiſtros haberi volunt: perindè àc ſi omnes nos planè caudices & ſtipites ſimus.

Atquì nos Zuinglianam & Oſiandrinam hæreſes & errores tranquilla conſciētia amplecti nō poſſumus, nec eorum, qua ſe illi à Lutero ſegregârūt, ſeceſsiōi ac nouationi ſubſcribere & adſtipulari. Si verò Dei & Luteri verbo conſtanter adhæſiſſent, nec rebus nouandis ſtuduiſſent, vel illis, q̃ res nouas inue-



xerunt, neutiquàm accederēt, nulla inter nos diſſenſio, nulla diſcrepantia extitiſſet, eaque mala omnia, quæ iam impēdent, ſublata fuiſſent.

Melāchthōnici verbo ſunt Luterani, re ipſa minimè.

Et quanuis Theologi, qui in Vuormatiēſi Colloquio poſt noſtrorū diſceſſum permanſēre, publicè editis ſcriptis teſtati ſint, ſe ab Auguſtana confeſsiōe nolle diſcedere, re tamē ipſa diuerſum planè faciunt. Cùm enim Zuinglianos & Oſiandrinos execrari nolint, non poſſunt Auguſtanæ Confeſsioni adhærere, ſed eo ipſo ab illa diſceſſerunt ac defecerunt, atque ità paci quidem obicem, diſſenſioni verò materiam obiecēre. Si enim vnà nobiſcum ſuprà dictos errores cōdemnarent, iam à noſtra parte hac in re aduerſùm Papiſtas prorſus concor-

Nota Smidelini concordiam.

concordes eſſemus. Quandò verò Auguſtana cõfeſsio habet, Chriſti ſanguinem, perpeſsionem & mortem eſſe iuſtitiam noſtrã, & panem in cœna eſſe corpus Chriſti, nõ poteſt ea Zuinglij & Oſiandri inſaniã ſecum tolerare. Itaq; non poſſunt hæc ſibi congruere, in Auguſtana confeſsione permanere, & tamen Zuinglium ac Oſiandrum purgare & defendere, &c.

I. Primò igitur damnamus nos Caſparum Suencfeldium, & Anabaptiſtas, qui eam, quæ ore fit, Euangelij prædicationem, non modò contemnunt ac reijciũt, ſed etiam condemnant, &c.

II. Secundò etiã Oſiandrinã dãnamus factiõem, quippe q̃ nõ minùs craſſa & impudens hæreſis eſt, &c.

III. Tertiò Sacramẽtarios, Zuingliũ & eius ſectatores condẽnamus &c.



IIII. Quartò Adiaphoriſtas, ꝓpterea quòd pręter Euangelium etiam humanas traditiones in ſuis Eccleſijs ſeruari iuſſerunt. Siquidẽ Euãgelium nulla hominum mandata ſecũ in Eccleſijs obſeruari patitur &c. Simulant enim & diſsimulant Adiaphoriſtæ omnia, atq; ità ſe cõparant, quaſi Imperatori obtemperent, in eiusq́; gratiam Papiſticã Miſſam & religionem rurſus amplectuntur, neq; id faciunt tamen, ac nihilo minùs in Luteri diſciplina permanere volunt.

Vuittenbergẽ Theologi imponunt Ceſari & ſuis ſymmyſtis, dũ vtriſque geſtant humeris.

An ne iſthuc eſt Deum Deiq́ue verbum abnegare? An non hoc eſt Cæſari imponere? Non hoc eſt ſimulare Papiſticam religionem, & Luteranam diſsimulare? Iſthuc eſt, niſi fallor, claudicare in vtranq;

 partem

partem, & vtroq; geſtare humero, Deo ſimul & Baal ſeruire, Deo pariter ac hominibus obſequi & placere velle &c.

V. Quintò etiam illã damnamus propoſitionem, Bona opera ad ſalutem eſſe neceſſaria &c.

VI. Præter hęc quinq;, ſunt alij quidam, vt Doctor Pfeffingerus & qui eius factionis ſunt, qui docent atq; contendunt, hominem naturalib⁹ liberi arbitrij ſui viribus ſeſe ad gratiam diſponere ac præparare poſſe, vt ipſi ſanct⁹ infundatur ſpiritus: quod idem ſophiſtę illi Thomas & Scotus tradidêre. In ſua enim de libero arbitrio diſputatione, quam ante biennium habuit, id ille magna audacia & temeritate definit his ferè verbis: Homo ſuis naturalibus virib⁹ verbo aſſentiri, pro-

Lipſenſes Theologi, iuxta Epiſcopi ſui ſententiam, Pelagiani ſunt.

Scholaſtici doctores non itá docent.



promiſsionem appræhendere, & Spirituiſancto non repugnare poteſt &c. Hucuſquè Amſdorffius.

Ex his perſpicuè licet animaduerti, Nicolaum Amſdorffium ſex factiones & ſectas è ſua Luterana Eccleſia prorſus explodere, damnare ac diris deuouere, quæ tamen omnes (dempta fortaſsis Suencfeldiana) ad Confeſsionem Auguſtanam ſe referunt, eiuſq; doctrinam cõplexæ ſunt, & in hunc vſq; diem eam propugnare nituntur.

Quanuis aũt obijci fortè queat, Zuinglianos ab hac Auguſtana cõfeſsiõe fuiſſe excluſos, nec ad illam pertinere, at diuerſum ego comperio in Ioãnis Lasky ſcriptis ad Polonię regem, & Ioannis Caluini libro aduersùs Ioachimum Vueſtphalũ: in quibus vtriſq; ab vtroque diſertis

Caluinus in vltima admonitione ſua ad Ioachim. Vueſtphalum.

diſertis verbis aſſeritur, Auguſtanā confeſsionem de Sacramento Altaris, idem docere atq; fateri, quod Caluinus & reliqui Zuingliani tradant & ſentiant.

Quandò igitur memoratæ ſectę de præcipuis religionis capitibus tam atrocitèr inter ſe digladiantur, vt ipſi quoquè ſectarij viciſsìm ſeſe hæreticos palàm dictitent & ꝓclament, nō poſſunt illi ſanè alio haberi loco, q̃ quo ipſi ſe reponūt & habēt. Poteſt autem ex hac Nicolai Amſdorffij ſententia & cenſura luce meridiana clariùs depræhendi, qua ratione vel fundamēto ſubnixus præco Goppingenſis, tam temerè ſcribere auſus eſt, inter Luteranos nullam in cōfeſsione Auguſtana de religionis capitibus diſſenſionem extare.

Atq;



Atq; vt hæc illuſtriora teſtatioraque reddantur, quædam alia huc adſcribam teſtimonia, ſi fortaſsìs propria ipſorum conſcientia hac irrefutabili poſsit veritate conuinci.

Nicolaus Gallus in Theſibus & Hypotypoſibus ſuis extremo folio hunc in modum ſcribit: Non ſunt leues inter nos concertationes de rebus leuibꝰ, ſed de ſublimibus doctrinæ Chriſtianæ articulis, de Lege & Euangelio, de iuſtificatione & bonis operibus, de Sacramentis & vſu Cæremoniarum: nec vlla ratione componi & tranſigi poſſunt.

Gallus in Theſibus ſuis. Nota.

Nam pleræq; meræ ſunt cōtradictiones, quæ cōciliari nequeant,
vt, Legem in Chriſtiana Eccleſia ꝓ-
dicandā, & item nō eſſe ꝓdicandā: I.
Iuſtitiā noſtrā eſſe ipſam Dei eſſen- II.

N 4 tiam

tiam in nobis, vel eius operationẽ, actionem & omiſsionẽ intra nos, vel obedientiæ illius imputationẽ

III. extra nos. Sanguinem IESV Chriſti neminẽ iuſtificare, &, quod Apoſtolus ait, Iuſtificari nos in ſangui-

Rom. 5.

IIII. ne ipſius. Bona opera eſſe neceſſaria ad ſalutem, neminem vnquàm abſq; operibus bonis ſeruatum eſſe: impoſsibile eſſe abſque bonis operibus ſeruari: & è diuerſo, Bona opera non eſſe ad ſalutem neceſſaria, vel, vt Pſalm⁹ habet, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata: Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum, qui non opera ſectatur, nec vlla habet nec habere poteſt

Pſal. 31. Rom. 4.

V. ad ſalutem. Chriſtum eſſe & accipi corporaliter in cœna ſub pane & vino à credentibus & incredulis; & rurſus,



rurſus, ſolùm ſpiritalitèr eum illic eſſe, & à ſolis credẽtibus accipi &c. Hæc ille.

Quanuìs autem iſte Nicolaus Gallus non minori vehementia, atquè Amſdorffius, aliquàm multos Auguſtanæ Confeſsionis articulos commemorat, qui apud Luteranos non modò controuerſioſi ſint, ſed planè in contradictiones & hæreſes abiêrint, idem tamẽ ipſe fatetur, eiuſmodi hæreſes permultas eſſe præ manibus, pleraſque etiamnùm hęrere in calamo. Neq; dubium eſt rem ità ſe habere, quãdoquidem non ità pridèm Saxoniæ principes, & Comites Mãsfeldenſes, ſinguli ſingulos edidêre grãdes libros typis excuſos, in quibus vndecim enumerantur ſectæ, eædemque ceu execrabiles hære-

Gallus librì memorati folio vltimo.

ſes condemnantur, nempe:

Catalogus damnatarū ſectarum in libris principū Saxoniæ, & Comitum Māſfeldeñ.

Anabaptiſtæ,
Seruetiani,
Stancariani,
Antinomi,
Ieſuitæ,
Oſiandrini,
Melāchthonici,
Maioriſtæ,
Adiaphoriſtæ,
Suencfeldiani,
Sacramētarij.

Quanq̄ Ieſuitæ in his factiōib⁹ lōgè minùs numerandi ſunt, q̄ columbæ inter coruos.

Qũ verò Doctor Iacob⁹ Smidelinus planè negat, inter Euāgelicos ſtatus vel Eccleſiaſtas nullos eſſe hęreticos, nullas hęreſes, nullā in fundamēto & Auguſtanæ confeſsiōis articulis diſſenſionē, qd igitur illi Luterani ſuperintēdētes Amſdorffi⁹ & Gall⁹ memoratis illis ſuis ſentētijs cōdēnant? qd ſibi volũt Saxo-

niæ



niæ principes & Māſfeldenſes Comites? An verò iā dictę ſectę ad Auguſtanā confeſsionē ſeſe non reſerunt? Anabaptiſtæ qdem minimè, & Ieſuitę multò etiā minùs. Alij verò oēs ſub noui Euangelij obtētu & tegmine ſeſe ꝓdidêre, & ſub Auguſtanæ cōfeſsionis p̄textu ſe tueri & hactenùs aſſerere ac cōſeruare moliti ſunt. Quid eñ in Polonia Laſky, qd in Sabaudia Caluinus aliud hucuſquè conati ſunt, q̄ vt id om̄ibus perſuadeant, ipſorum dogma Sacramentarium, in Confeſsione Auguſtana expreſſum haberi?

Hîc igit̃ ex Smidelino ego ꝑcontor, nū articuli illi, quos antè dicti Principes & Comites, &c. itemq; Amſdorffi⁹, Gall⁹, & Illyric⁹ cōdemnāt, atq; ſuprà memoratę decē ſectę fatẽt & ꝓpugnādos ſibi ſumũt,

ad

ad Auguſtanam cõfeſsionem propriè pertineat? Equidem, inquam, hîc nôſſe velim, ecquodnam hoc loco Smidelinus reſponſum afferre queat: Si em̃ ille affirmet, hoſce articulos, quorũ nomine iam enumeratæ ſectæ damnatæ ſunt, ad Auguſtanę confeſsionis fundamẽtum neutiquàm ptinere: iam hoc ego ſolùm ab illo peto, vt honoris & exiſtimationis ſuæ tuendæ cauſa, hoc ipſum vel minimo quaternione typis excuſo aduersùs Amſdorffium, Gallum, Illyricum, & inprimìs eos, quos antè attulimus, Illuſtr. Principes & Comites aſſeueret. Quod ſi attentare nõ eſt auſus, non poteſt ille nõ eſſe homo perfrictæ frontis, dum palàm aſſerit, Luteranos in fundamento & præcipuis confeſsionis ipſorum articulis



culis neutiq̃ diſcrepare ac diſſentire. Ex hac caſside, ſat ſcio, nõ mihi elabetur hic Proteus, etiamſi in mille ſeſe formas tranſmutet. Atq; eam ob rem propiùs ille mihi attrectandus eſt.

In libro Comitũ Mansfeldenſium aduersùs vndecim ſectas, Latini exemplaris, ità aiunt Theologi: Non eſt quòd moueat Lectorem, quòd Oſiander rem ſuã multis peragit ſcripturæ adferendis teſtimonijs, ſed in id potiùs intentus ſit, quàm impiè ille ſcripturæ ſententiam & intellectum torqueat atque corrumpat. Hæc illi. Fol. 179.

Quid verò ad hæc Smidelinus? In libro, quem hoc anno aduersùs longum catalogum vel tabulam edidit, quò ille Oſiãdrinos & Vuitenbergenſes Theologos conciliare

Smidelinus in libro cõtra longiorem catalogum.

re

re molit̃, ità ſcribit: Deindè vtraq; pars ſuã opinionẽ ſcriptis diuinis ꝓbat, & iiſdẽ ſanè ſententiis, ſed nõ iiſdem (nec tamen cõtrariis) interpretatiõibus. Hîc mihi, q̃ſo, vnuſquiſq; ſuas conſulat aures, q̃ bellè hę inter ſe campanæ cõcinant. Illi Theologi aiunt, Oſiandrũ ſcripta diuina impiè torquere & corrũpere: hic aũt, vtriuſq; partis interpretationes inter ſe nõ eſſe cõtrarias.

Fol.166. Rurſus in eodem Mansfeldenſi libro etiam iſta habentur: Neq; hic Oſiandri error paruipendẽdus eſt, quo ille Chriſti beneficia certis alligat circunſtantiis, vt homines ad deſperationem adigat, dum animi dubii ſunt, num percipiẽdis Chriſti beneficiis ſint idonei.

Fol.I.2. At contrà Smidelinus libro quẽ iã diximus: Si ergò Oſiander, inq̃t, vel



vel eius antagoniſtę ob hanc ſcholaſticã velitationẽ pro hęreticis habendi ſint, q̃d oro priſcis illis optimis patribus futurũ eſt? Ità Smidelinus. Sed quęnã eſt horũ conſonãtia? Illi Theologi volũt, Oſiãdri dogma cum inſigni ac minimè cõtemnẽdo errore cõiunctũ eſſe, qppe quo hoĩes ad deſperationẽ impellantur: Smidelinus contrà, nõ niſi ſcholaſticam quãdam eſſe concertationem, quæ parui referat &c.

Sed qñ ille aĩaduertit haſce tã manifeſtas hęreſes in cõcordiã redigi nõ poſſe, veteres Patres exẽpli loco adducit, tanq̃ etiã illi hęreticos falſa ſcripturę interpretatiõe crebrò ſuperârint atq; cõfutârint: cuius certè ſancti illi Patres nunq̃ conuinci poterunt, quòd impoſsibile fuerit, vt falſa doctrina hæreſes ab illis euer-

euerterentur. Fieri enim non poteſt, teſte Ariſtotele, vt ex falſo aliud, quàm quod ſit falſum, conſequatur.

Ariſtot. lib. 8. Topicorum.

Deniquè eodem Mansfeldeñ libro Theologi illi, Meritò, inquiunt, Oſiandrinum dogma nobis ſuſpectum eſſe debet, vt quod nouum ſit, & Eccleſię incompertum. Nec quicquam in om̃ibus ſcripturis diuinis inuenimus, quod ſit Oſiandrinæ doctrinæ conſentaneum &c.

Fol. 151. Luterani iã docẽt nihil noui recipiendum.

Audi iam contrà magiſtrũ Smidelinum eodem catalogi libro: Vtranque hanc doctrinam (putà Vuittẽbergenſem & Oſiandrinã) inter ſe minimè pugnare, vel ſeptennis puſio, qui non niſi Catechiſmum ſuum didicerit, perſpectum habere poteſt &c.

Fol. I. 2.

Si



Si quam vſpiàm dictionẽ vel vocem in vniuerſo Germanico idiomate, quæ in hominẽ lõgè omniũ impudentiſsimum quadrare poſſit, reperire liceret, ea iam certè vel maximè foret neceſſaria. Vſq; adeò impudẽter Smidelinus iſte publicitùs ſcribere nõ veretur, Luteranis Theologis cum Oſiandrinis nullã intercedere litem & cõcertationẽ: immò verò tantam inter eos eſſe doctrinæ conſpiratiõem, vt etiam puſio, qui ſuũ teneat Catechiſmũ, eam poſsit aduertere. Atq; ità nimirùm Smidelinus perſuaſum habet. Verùm quãdò ille fortaſsìs aut incompertũ habet, aut obliuioni tradidit, equidem illi in memoriã redigam, aduersùs Andreæ Oſiandri confeſsionem ſupra quatuordecim eccleſias Luteranas ſcripſiſ-

Smidelinus libro cõtra catalogum &c.

O ſe, ſuaq;

Vide Iohānis Functij ſcriptum de rebus Oſiādri.

ſe,ſuaq; ſcripta typis excuſa in lucē ediidiſſe: in quibus potiores ſunt Theologi Vittenbergenſes, Theologi iuniorum dominorum Vinarieñ, Theologi Magdeburgeñ, Theologi Francophordiæ cis Viadrū, Theologi Marchiōis Ioannis Coſtrineñ, Ducum Pomeraniȩ, & Saxonicarum ciuitatū maritimarū, Lubecæ, Hamburgi, Bremȩ, Lunȩburgi, &c. atq; huius farinȩ perplures alij, quibus partim Oſiander in libello ſuo, cui titulū fecit **Smecbier**/ quod fortaſsis dici poſsit, cereuiſiari⁹, ea ratiōe illis remēſus eſt, quemadmodùm illi menſi fuêre, adeò vt vtriq; alteris pleraſque execrabiles pernicialesq; hæreſes impingant. Qui mihi non credit, faciat licet ille periclum: & ſi veritatis cognoſcendæ ſtudioſus eſt, apud Bibliopolas Germaniæ, atq; alibi inueſtiget, re ipſa compertus haud dubiò, inter Luteranos & Oſiandrinos plenam offenſionum, hæreticamque & deteſtandam graſſari diſſenſionem. Iam ſi Smidelinus vir bonus & integer eſt, procedat in medium, ſcriptisq; palàm editis doceat ea, quæ iam dixi, vana atque à me conficta eſſe.

Pergit Smidelinus more ſuo, &, ſi dijs placet, nititur contra rationem omnem mortalibus omībus perſuadere, inter Luteranos & Zuinglianos de ijs articulis, qui ad fidem & religionem Chriſtianam pertineant, nullam, quæ quidem alicuius momenti ſit, litem poſſe reperiri. Sed cū hac Smidelini ſententia pugnat è diametro, quod à

Tomo 2. fol.260.

Lutero proditum eſt ijs verbis, q-bus dogma Zuinglianum conde-mnat: Miſſos ego illos, inquit, vt faciá, deuitemq́; oportet tanquàm autocatacritos, qui ſcientes libenteſq́; damnati ſint, neq; cum vllo eorum quicquam habeam cômercij, neq; literis, neq; ſcriptis, neque verbis, neq; factis, vt eſt à Domino imperatum, ſiue ille Stencfeldius, ſiue Zuinglius, ſiue quouis alio vocetur nomine. Omnes enim ego eiuſdem farinæ eſſe cenſeo, vt ſunt etiam reuerà, quicunq; credere nolunt, panem Domini in Cœna, illius eſſe verum ac naturale corpus, quod Iudas & impius non minùs percipiat ore, quàm D. Petrus & ſancti omnes. Hoc, inquam, quiſquis credere nô vult, is à me abſtineat Epiſtolis, ſcriptis vel ſermone,

Matth. 18.

Luteri mors dânat Suécfeldij, Zuinglij, Caluini & Melanchthôis vitá atq; doctrinam.

Luterus Suencfeldium & Zuinglium à ſua





ne, neq; vllam meam expectet cômunionẽ. Oleum enim operamq́; perdiderit.

gratia excludit.

Ac paulò pòſt: Suermeris, ait, nihil contulerit, quòd circa Sacramentum plurimùm illi nugantur de ſpiritali eſu & potatione corporis & ſanguinis Chriſti, & de Chriſtianorum charitate & vnitate &c. Fruſtrà quoquè illi in Deũ Patrẽ & Filiũ & Spiritumſanctum, & Chriſtum ſeruatorem credunt. Omnia, inquam, hæc nihil illis proſunt, quantunuìs ſanè & inculpatè ea mendaci ac blaſphemo ore pronũcient, quandò hunc vnum negant articulum, eumq́; falſi inſimulant, dum de Sacramento Chriſtus ait: Accipite (panem) & manducate: Hoc eſt corpus meum &c. Hoc eñ ingenio ſunt hæretici omẽs, vt initiò

Fol.263. Idem iam Melâchthô facit.

Nota.

Fol.261. Luterus ipſe fecit, quod in ſuis car-

pit diſcipulis.
Nota.
Vt ſint dignoſcendi hæretici.

tiò non niſi ab vno exordiantur articulo: deindè reliquos omnes abnegent: perindè vt annulus ſi nōnihil rumpatur aut fiſſus ſit, iam prorſus incommodus & inutilis eſt: vtq; campana, ſi aliqua ſuî parte crepet, ſonũ amittit ſuũ, nec valet quicquã, &c. Hucuſquè Luterus.

Hîc iam agè Smidelinus procedat in medium, nobiſq; mentem explicet ſuam, ecquidnam Luterũ putet ijs, quæ attulimus, ſibi verbis voluiſſe. Neq; enim ego mihi perſuadere poſſum, eum has Luteri & Zuinglij opiniones in cõcordiam redigere, atq; inter ſeſe conciliare poſſe: tametſi ille hoc conatur oratione eiuſcemodi: Cùm pars, inqt, altera docet, panem in ſacroſanctа cœna ſignificare corpus Chriſti, eſſe figuram corporis Chriſti, eſſe

Smidelinus lib. de ſacramento altaris, itemque lib. contra prolixũ Catalogum. Fol. 4.

Chri-



Chriſti corporis energiã, eſſe corporis Chriſti arrabonem, non tamen niſi vnam tradunt, credunt, atq; ꝓfitentur doctrinã & opinionem, diſcrimenq; omne in interpretatione eſt, vt Luterus fatetur, & in phraſi, id eſt, dicendi modo, non autem in re ipſa.

Hîc mihi iam Chriſtianus lector horum Prophetarum Luteri & Zuinglij inter ſe cõferat lites & cõcertatiões, Smidelinumq; ijs componendis ſequeſtrũ adhibeat: credo equidem re ipſa eum comperturum, Smidelinum hunc aut fragmen quoddã è cranio perdidiſſe, aut frontem omnem perfricuiſſe penitùs. Luterus diſertis affirmat verbis, Zuinglianorum dogma ſuę Luteranæ doctrinæ non ſolùm è diametro verbis & factis eſſe

 ad-

aduerſum atq; contrarium, verùm etiam hæreſin illorũ tam eſſe peſtiferam & execrandam, vt eos om̃es, qui Zuinglianis ſubſcribant, non alio quàm hæreticorũ velit & poſſit habere ac vitare loco, idq́; ea vehementia, vt quiſquis in hoc cœnę articulo allucinetur, eum in alijs omnibus Chriſtianæ religionis & fidei articulis hæreticum eſſe aſſeueret. Ecquid verò Smidelinus? Vnam eandemq; Cœnæ opinionem & doctrinam tradunt, amplectunt & profitentur, atque in ſolis verbis omnis hæret controuerſia. In Latino quoquè aduersùm me edito libello, Certũ eſt, inquit, vnã omnium eſſe ſententiam & opinionem: itaque in doctrina concordant.

Quod porrò à me annotatum eſt,



eſt, inter Zuinglianos octo verſari ſectas, id quoquè Smidelinus mihi nõ aſſentitur, ſed ait, tametſi Zuinglius à Lutero nonnihil diſceſsit, at tamen ex eorum ſchiſmate non niſi duas extitiſſe partes. Itaq; conuiciatur ille in libro cõtra Catalogum, & ſcribit hũc in modum: Ex his duabus partib⁹ Nycticorax iſte octo Sectas efficit. Primos, quos Inadeſſendo, vel Adeſſenarios vocat, id eſt, verã corporis & ſanguinis Chriſti in Cœna præſentiam credentes, in quatuor ſectas diſtrahit, putà, Significatiuos, Tropiſtas, energicos & Arrabonarios: quorũ vtrunq;, ſi penitiùs inſpiciatur, hominis eſt nequam & improbi.

Fol. 3. libri cõtra Catalogum.

Equidẽ non ambigo, dum ſimplex & imperitus laicus hanc Smidelini orationẽ vel legit, vel audit,

 nihil

nihil eum poſſe cogitare aliud, q̃ Zuinglianos me iniuria affeciſſe, quoſdam etiam inſtàr Smidelini exiſtimare hominis eſſe improbi, viris honeſtis octuplicem aſsignare hæreſin, cùm tamen Zuingliani illi & Luterani non niſi in duas ſint, vt aiunt, diſtracti partes, eædemq; ſectiones vel ſchiſmata in phraſi, id eſt, vt Smidelinus ipſe interpretatur, in verbis duntaxat & dicendi modo, non in re ipſa, ſita ſint.

Quid verò hîc reſpondendum eſt? Hanc ego curam in Luterum ipſum reiecero, cuius hęc ſunt verba in breui confeſsione ſua: Primò illi (Suermeri, vel Sacramentarij) mox in ipſo exordio à Sancto ſpiritu commoniti fuêre, cùm iam in ſeptem ſeſe ſpiritus ſuper il-

Germanico Tomo 2. fol. 257.

lo



lo textu diuiderent, alijs ſemper ab alijs diſcrepantibus &c.

Primus, Carolſtadius, talem voluit eſſe textum, vt, HOC EST CORPVS MEVM, ſignificet, Hîc ſedet corpus meum &c.

Alius, Zuinglius, ait id non eſſe dictum benè, licèt id ipſe pater cæleſtis reuelâſſet, textumque altero ſuo fretus ſpirituſancto, talem reddidit: Accipite & comedite: hoc ſignificat corpus meum.

Tertius, Oecolampadius, tertium protulit ſpiritumſanctum, qui nobis textum illum in aliam tranſtulit formam, eam videlicet: Accipite & comedite: Hoc eſt corporis mei ſymbolum &c.

Quartus, Stencfeldius, perſuaſum habuit, fœtorẽ ſuũ toto orbe

Luterus Suencfeldiũ per cõtume-

mo-

liam vocat Stecfeldiū. Stanc autē Latinè fœtor exprimitur.

moſchū eſſe, atq; ex quarto ſpiritu ſancto hūc attulit canonem: Verba hæc (Hoc eſt corpus meum) ab oculis remouenda ſunt: impediūt enim ſpiritalem intelligētiam &c.

Quintus ſpirituſſanctus, quædam eius excrementa & ſpurcitiæ ſic interpretantur: Accipite & comedite: quod pro vobis datur, HOC eſt corpus meum.

Sextus ſpiritusſanct⁹, Accipite, inquit, & comedite. HOC eſt corpus meū in commemorationē: quaſi dixerit Dominus: Accipite & comedite, Hoc eſt corporis mei monimentum &c.

Septimus ſpirituſſanctus, Iohānes Campanus hanc adfert expoſitionem: Accipite & comedite: Hoc eſt corpus meum paneū &c.

Pręter hos alius quidam circūuolat



uolat ſanctus ſpirit⁹, (diabolus eñ ſanctus & magnus eſt ſpiritus) cui⁹ hæc eſt perſuaſio, nullum hîc eſſe fidei articulum: itaq; non eſſe hac de re digladiandum: vnicuiq; liberū eſſe quicquid ipſi viſum ſit hac de re credere &c. Hactenùs Luteri verba.

Ità Melanchthon in Iudicio Heydelbergeñ.

An non autem vir bonus & integer eſt Smidelinus, & erga pręceptorem ſuum Luterum gratus diſcipulus? Præceptor ait octo inter Zuinglianos diſcrepantes extare factiones: Diſcipulus contrà, Zuinglianis inter ipſos prorſus conuenire, à Lutero autē ſola eos phraſi & vocibus diſſentire. Nōnè is bellum inprimìs ac lepidum ſe nobis conciliatorem exhibet? Libro aduersùs longum Catalogum maledicta & conuicia iactat, nequam eū homi-

Fol. F. 4. Smidelinus Luterū hoīem nequā dicit.

hominem eſſe oportere ait, qui di-
cere non vereatur, apud Zuinglia-
nos ſeptē vel octo diſſectas & diſ-
crepantes hęrere opiniones. Quis
iam vſq; eò apertis oculis cæcꝰ eſt,
perſpicere vt non poſsit, Luterū li-
bro ſuprà memorato octo pugnā-
tes Zuinglianorum recenſere opi-
niones? Fit igit̄ indè conſequens,
pro Smidelini iudicio & ſentētia,
Luterum hominem nequā & per-
ditum eſſe.

Prȩclarè nimirùm. Eiuſmodi eñ
gratiam & honorem ſuis magiſtris
grati ſolent habere diſcipuli: & fit
vtriq; ſanè ꝓ merito ac dignitate,
poteſtq; iure illud dici: Mali corui
ouū peſsimū. Ecquid verò ad hoc
dicturus eſt Smidelinus, ꝙ etiā in-
ter ipſos Luteranos ſacramentariæ
quędam ſciſſurę & ſchiſmata, neq;
ea



ea pauca emergūt? Hoc enim ſexa-
geſimo anno, 2. Octobris Heidel-
bergæ excuſum eſt Iudicium Phi-
lippi Melanchthonis de cœna Dñi
ad illuſtriſsimum principē electo-
rem Rheni, cuius hæc ſentētia eſt:
Non eſt quidem difficilis, ſed peri-
culoſa reſponſio: at tamē indicabo
ego de lite illa & controuerſia, quę
Heidelbergæ accidit, admoneboq;
quantùm hac vice licebit: Chri-
ſtumq; Dominum ac Dei filiū im-
plorabo, vt is hæc noſtra conſilia
eorumq; exitus proſperè dirigat ac
moderetur. De controuerſia cœnę
Dominicæ ingentes haud dubiò
lites & pugnæ toto orbe exiſtent.
Neceſsè eſt enim, mūdum ob ido-
lolatriam & alia ſcelera caſtiga-
ri. Rogemus igitur, vt DEI fi-
lius nos doceat ac moderetur.

Verùm

Iudiciū Melāchthonis de cœna Domini.

Væ illi per quem hæc ſchiſmata ſata ſunt.

Verùm cùm paſsìm multi ſint homines infirmi, & in doctrina Eccleſiæ necdùm benè inſtituti, immò verò in erroribus confirmati, initiò neceſſarium eſt, infirmorũ vt ratio habeatur.

In Mahometis Alcorano etiã prohibetur de religione diſputatio.

Satìs igitur mihi illuſtriſsimi principis electoris ſentẽtia arridet, quòd illis, qui de Cœna Domini contenderunt, vtraq; ex parte ſilẽtium impoſuit, nè in tenera illa Eccleſia diſſenſio oriatur, & infirmi eius loci & viciniæ erroribꝰ implicentur ac perturbentur. Atq; ego quoquè ferre poſſem, vtriuſq; partis contentioſos alibì eſſe. Deindè illis ablegatis, expediret ſanè, reliquos in vnam verborum formam conſentire. Atq; in hac controuerſia optimum foret, Pauli verba retinere: Panis quẽ frangimus, participatio

Vide Lector pie: vult Philippus vt iã formã verborũ Cœnę mutemus, & vbì Christus iuſsit dicere, Hoc eſt corpꝰ meũ, Melanchthõ vult vt dicamꝰ, Hæc eſt participatio corporis mei: quæ eſt noua Zuingliana hęreſis.



corporis eſt. Debet etiã de Cœnę fructu dici copiosè, quô homines ad pignoris huius amorem & frequentẽ vſum incitentur: atq; illa dictio, Participatio vel cõmunicatio, declaranda & explicanda eſt. Non enim dicit Paulus, quemadmodùm Pontificij, naturam panis mutari: neq; inſtàr Bremenſiũ Theologorum, panem eſſe ſubſtãtiale Chriſti corpus: neq;, vt Heſhuſius, panem eſſe verum Chriſti corpus: ſed eſſe participationẽ vel communicationem, id eſt, per quã nos cum Chriſti corpore coniungimur & conſociamur, quæ cõmunicatio & conſociatio in vſu conſiſtit, neq; citra cogitationem, perindè àc ſi mures panẽ rodant. Pontificij & eorum ſimiles acritèr contendunt, Chriſti corpus etiã extra

vſum & perceptionem ſub panis forma vel in pane incluſum haberi, idq; adorari volunt, vtì Doctor Morlinus Brunſuicēſis ait, Nō debes dicere, Num Num/ ſed quid illud ſit, quod ſacerdos habet in manibus.

Sarcerius iubet particulas eas omnes, quæ dēcidant, colligi, & cū ijs, quæ de terra corraſa ſint, comburi.

Quæſtio euangelica. Nota.

Cùm ante hoc bienniū Vuormatiæ eſſemus, ex quadā aula quęſtio nobis oblata fuit, num Chriſti corpus in ventrem deferatur. Eiuſmodi abſurdæ quæſtiones omittēdæ ſunt: præſtatq; ſeruari formam verborum Pauli, homineſq; benè inſtitui de vſu ſiue fructu. Licebit formam verborum cœnæ videre in Magnopolenſium Eccleſiæ ordinatione, vbì etiā de cœnæ fructu mentio & admonitio habetur.

Filius Dei in euangelij miniſterio præſens eſt, & certè etiam efficax eſt in credentibus: atq; pręſens quidem eſt nō cauſa panis, ſed hominis, ſicut ipſe ait: Manete in me, & ego in vobis. Ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Atq; his veris cōſolationibus efficit nos membra ſua, teſtaturque ſe excitaturum & viuificaturum corpora noſtra. Sic veteres explanant Cœnam Domini. At veram hanc & ſimplicem doctrinam pleriq; Cothurnos (id eſt, calceos, qui omni pedi cōueniāt) vocāt, diciq; volūt, corp⁹ eſſe in pane, vel in panis ſpecie, perindè acſi Sacramentū cauſa panis & Papiſticę adoratiōis inſtitutū ſit, deindè cōminiſcunt, vt corp⁹

Iohan. 15. Iohan. 14.

Melāchthon eſt cothurnus, id eſt, in religiōis negocijs omnib⁹ obſequitru.

in pane incluſum ſit. Alij volunt eſſe cõuerſionem, alij transſubſtãtiationem: nonnulli vbiquitatem, id eſt, corp⁹ dñi ſimul vbiquè & locis oĩbus adeſſe poſſe, confinxerũt. (*Conuerſio panis in corpus Domini, in hunc vſq; diem ab omnibus ſanctis patribus aſſerta eſt*)

Verba Staphyli.

Heshuſius ait, non ſe poſſe accedere Origeni, panẽ & vinũ corporis & ſanguinis ſigna appellãti: reijcitq; temerè Clementem Alexãdrinum: idem facturus Auguſtino, Ambroſio, Proſpero, Dionyſio, Tertulliano, Bedæ, Baſilio, Naziãzeno (qui corpus vocat ἀντίτυπον) Theodoreto, dicenti panis manere naturam.

O temeritatem Philippi. Hi enim Patres omẽs diuerſum ſensère.

Num igitur tanta eſt Heshuſij authoritas, vt potiùs illi quàm priſcis ſcriptoribus accedere debeamus



mus, qui id luculẽtèr teſtantur, Eccleſiam illis temporibus Pontificiam doctrinam & adorationem nõ habuiſſe? Cùm enim noua hęc ſint in Eccleſia, deliberandum eſt, num conueniat noua dogmata in Eccleſiam inuehere. Neq; me fugit, veterum nomine perplures commẽtitios citari libros: qua de re doctorum eſto iudicium.

Non eſt ità.

Num verò Melãchthonis doctrina noua nõ eſt? Vertiginẽ patitur.

Equidem inpræſentiarùm longam texere diſputationem nolo, neq; cum hominibus cõtentioſis, idololatriam & maiorum ſuorum latrocinia confirmantiũ, in diſputationem ingredi: quorum tyrannidem & ſæuas perſecutiones ego quoquè experior. Hæc duntaxat ꝓ mea ſententia & iudicio indicare volui, quid iſthic pro imbecillæ Eccleſiæ conditiõe agendum ſit: atq;

in hac ego ſententia perſiſto, vtriuſq; partis prohibēdam eſſe digladiationē,atq; vna eademq́; verborum forma vtendū. Quę ſi quibuſdam non arrident, neq; ad Sacramentū volūt accedere, illis ꝑmitti poteſt, vt pro ſuo faciant iudicio, ità tamē,nè quas in populo diſſenſiones excitēt &c. Hæc Philippus. Quanq̃ autem Melanchthon verá fixamq́; ſuam de Cœna Dñi ſentētiam in publicè editis lucubrationibus nunq̃ antehàc profiteri voluit,attamen familiaribus, itemq́; dominis & amiculis ſuis priuatìm non reticuit, ſe hac in re Luterum damnare, & Zuinglio adſtipulari, hac tamen caſtigatione adhibita, quòd vbì Zuinglius habet, Hoc ſignificat corpus meum: ipſe ſubſtituit, Hoc eſt cōmunicatio vel par-

tici-



ticipatio corporis mei. Quæ quidē illius interpretatio,noua planè eſt hæreſis Sacramētaria,cęteris Zuinglianis minimè comperta. Vt autē hanc ſuā tueri poſsit hæreſin,duobus locis vafriciē prodit ſuam: Primò quidē, dum aſſerit priſcos illos ſanctos Patres nullam cōuerſionē vel transſubſtantiationē neq; nouiſſe,neq; ſcripto tradidiſſe: quę tamen reuerà eſt impudētiſsima calumnia: quādo quidē ex cunctis illis ſuprà memoratis patrib⁹, alijsq́; multo pluribus iſthæc conuerſio & veri corporis Chriſti in Cœna præſentia liquidò probari, diuerſa verò ſententia efficaciſsimè euerti poteſt. Secundò,dum proprios ſuos perſtringit diſcipulos, eosq́; quinque aliarum hæreſum ſacramentariarum inſimulat.

Melāchthon nouæ author hæreſis Sacramētariæ.

 Ait

Quinq; ſectæ de Cœna Domini apud Luteranos ipſos.

Ait enim quoſdam ſentire cum Heshuſio, alios cum Sarcerio, nõnullos cũ Bremenſibus, pleroſq; cũ Ioachimo Morlino. Deindè alios adducit, ꝗ ꝑſuaſum habeant, Chriſti corpꝰ poſſe vbiquè adeſſe, & ità vbiquitatẽ quandam introducant.

Hîc iam rurſus cernere eſt Smidelini honeſtatẽ, vt quem non pudeat tam manifeſta plenaq; offendiculorum ſchiſmata, toto iam orbe nota, certam Catholicæ religionis & fidei concordiam appellare: cùm tamen præter hoc neſcius ille eſſe non queat, quàm ingẽs & vehemens eiuſdem Sacramẽti nomine, anno hoc ſexageſimo inter Theologos Heidelbergæ lis & digladiatio extiterit: qua de re Guilelmus Klebicius Brandenburgenſis, inter alia inſolẽs quoddã & acer-





bum ſcriptum edidit. Sed hæc de diſcordia circa Altaris Sacramentum dicta, ſint ſatis.

Septem Luteranorum ſchiſmata in Sacramẽto pœnitẽtiæ.

Libello quodam eam Luteranorum diſſenſionem, quæ inter ipſos eſt de doctrina Pœnitentiæ, annotaui. Quidam enim ex eis duas, alij tres volunt eſſe partes pœnitẽtiæ: & ità de reliquis. At Smidelinus hanc diſſonantiam hoc pacto conciliare molítur, quòd perindè ſit, duas vel tres partes ponere: videlicet Papalis vel Pontificiæ authoritatis ſuę nomine putat, alios om̃es Luteranos Superintendẽtes ſibi ꝑ omnia cedere ac ſubſcribere, ſuáq; ſententiam approbare debere. Verùm hoc Illyrico nõ eſt integrum, vt qui fortaſsis perſuaſum habeat, ſe eiuſdem eſſe materiæ, vndè Luterani ſummi pontifices conſici

Nicolaus Gallus libro cui titulum fecit, Fundamenta N. Galli etiamnùm perſtant &c. & in Thematibus ſuis.

queant. Itaq; Adiaphoriſtis Theologis, adeoq; præceptori ſuo minimè dandum putat, quòd ij pro ſuo arbitratu Euãgelium definire atq; partiri volunt. Illo enim libro, cui titulum inſcripſit, Informatio de quibuſdam doctrinæ Chriſtianæ articulis, ſic habet: Hoc autem negociũ vel diſputationẽ non tantopere ille (Melanchthon) atquè eius procuratores, acuit & exacerbat, qui tamẽ nec ipſi inter ſe cõſentiunt, ſed alius ſic, ali⁹ alitèr interpretãt, vt in malis cauſis euenire ſolet.

Fol. D. 3.

Alius dicit, vocabulum Pœnitentiæ ſolam ſignificare dolorem vel contritionem: Alius, & cõtritionem & fidẽ ſimul. Hic vult ità accipiendum eſſe, ꝙ Euangeliũ pœnitentiam vnius duntaxat peccati, nempe incredulitatis, ꝑdicet: alius quòd

Euangelicĩ dubitant, quid ſit & efficiat Euãgelium.



ꝙ peccatorum omnium. Sunt qui hanc comminiſcantur gloſſulam, Euãgelium impropriè & per accidens duntaxat prædicare pœnitẽtiã: Alius dicit, Ex conſequẽti: Tertius, ꝑ antitheſin. Quartus, aliquatenùs prędicare pœnitentiã. Quintus vult, quòd arguat incredulitatem: Sextus, ꝙ paruam reijciat fidẽ: Septimus, quòd minùs principaliter prędicet pœnitentiam: & hunc in modum haud ſecùs inter ſe diſſentiunt, atquè Sacramentarij, vel Babylonij, vel illi apud Eſaiã idolorũ fabricatores, dũ alius glutino, ali⁹ clauis, ali⁹ catenis vult idolũ cõfirmare & cõfortare. Atquì hę gloſſulę tũ ſeſe mutuò, tũ ipſam definitionẽ impugnãt &c. Hęc Illyricus.

Nequã ſeruus iſte, ſeq; ſuosq; ſocios condemnat.

Eſaiæ 41.

An nõ hîc aſſeuerat Illyric⁹, Melãchthõicos Theologos alios ab alijs diſſi-

diſsidere? ſeptem adferre opiniões, quarum nulla ſana ſit, ſed aliæ alijs nô minùs ſint aduerſæ, atquè illæ, quas ſuprà memorauimus, Sacramentariorum factiones? tamque bellè mutuò ſibi côſentiant, quàm illi quondàm turris Babylonicæ extructores? &c. Sed Smidelinus qd ad hæc? Nos in primarijs articulis, & doctrinę noſtrę fundamêto minimè diſcrepamus. Cui Smidelinæ côciliationi ſi quis ſubſcribere velit, is ſibi perſuadeat oportet, eam, quę de Pœnitentia eſt, doctrinam ad fundamentum neutiquàm pertinere, neq; neceſſarium doctrinæ Euangelicæ eſſe articulum. Smidelinus enim in ſuo Latino libello, quê aduersùm me edidit, in ea prorſus perſtat ſententia, perindè eſſe, num duæ vel tres ſta- tuantur

Libello côtra trimembrem Theologiam, Fol. 80.

tuantur



tuantur partes pœnitentiæ, nec quicquam referre, vtrùm rectè ſapias, vel ſeptemplicem, eamq; à ſe inuicèm diſcrepantem de Pœnitentia hęreſin complectaris. Libro quoquè contra Catalogum de Illyricanorum & Adiaphoriſtarum digladiatione ſcribens, Verùm, inquit, quãtunuìs acritèr alij in alios ſuos ſtrinxerint calamos, interìm tamen in illorum locorum Eccleſijs nulla facta eſt doctrinæ mutatio, ſed in hunc vſq; diem vnà nobiſcum & inter ſeſe magna côſenſione puram Euãgelij doctrinam, haud alitèr, quàm ante hanc concertationem, profitentur & tradût. Sed quænam, obſecro, eſt huius Smidelinæ cum illa Illyricana oratione conſonantia?

Libr. côtra Catalogum, H. 3.

Idem Smidelinus Andreã Muſculum

Fol. O. 3.

ſculum

ſculum tuetur acritèr. Vbì enim à me arguitur docuiſſe palàm, Chriſti naturam diuinã æquè in cruce mortuam, atquè humanam, Smidelinus hac eum oratione purgare molítur: Equidẽ perſpicuè didici, dño Andreæ Muſculo à ſupradicto Staphylo iniuriam irrogatam: id quod idẽ Muſculus ſcriptis aduersùs Staphylum palàm editis in ſuî adfert excuſationem. Hæc Smidelinus.

Vide Tertullia. lib. proſcriptionũ: & Athanaſ. ad Epiſcopum Epictetum.

Hæreticorum omniũ ea natura & conſuetudo eſt, vt in eadem ſententia non diù pſiſtant: ſed q̃ affirmãt hodiè, cràs iterùm negent. Idẽ facit etiam Muſculus: atq; tametſi Smidelinus huius q̃ Muſculo cum Stancaro intercedit litis ac digladiationis, vt ipſe fateť, prorſus ignarus eſt, nihilo minùs ſcribere non dubitat, me Muſculũ affeciſſe iniuria: videlicet vt eiuſmodi ipſe ab omnibus artifex habeať, qui vulneribus quibuſcunq; mederi, & hæreſes omnes componere ac cõciliare nôrit. Ecq̃d verò vterq; & Muſculus & Smidelinus dicturus eſt, ſi factionis ſuæ hominum teſtimonium attulero? Eccleſiæ Poloniæ cauſam hanc Lauſanam miſerũt, atq; de ea eius loci Doctorum iudicium expetiêrunt, quod eſt eiuſcemodi:

In Epiſtolis Petri Statorij Galli, Pinczouiæ editis Anno 1560.

Quanquàm dilecti fratres, ſatìs à nobis diſputari nõ poteſt de opinione Iſlebij & Andreæ Muſculi, volentium Chriſtum ſecundùm vtranq; naturam paſſum, cùm nullum illi in diuerſum argumentum adferant: quandò tamen noſtrum hac de opinione iudicium &

& ſententiam nôſſe cupitis, nos eã vobis celare non poſſumus &c. Sic ergò nos capietis: Nos planè negamus Deum poſſe mutari &c.

Hîc iam animaduertere potes amice Lector, quod iſthuc ſit hominum genus, qui modò calidũ, mox frigidum ore ſpirant. Interìm nihilo minùs ſcribit Smidelinus: Vaniſsimum eſt, eſſe aliquam de ipſius Confeſsionis Auguſtanę articulis inter Theologos noſtros diſſenſionem. Habet id profectò incredibilem admirationem, quantoperè Smidelinus iſte frontẽ perfricet ſuã, & ſuperbia intumeſcat. Vult perſuadere omnibus, Luteranos in Auguſtanæ Cõfeſsionis articulis & fundamento conſentire. Cui⁹ diuerſum licèt anteà ſatis demonſtratum ſit, tamen vt res fiat euiden-

In prefatione libelli cõtra Staphylum.



euidentior, eiuſdem Confeſsionis Auguſtanæ articulos aliquanto accuratiùs agè expendamus. Dubiũ nos eſt, hos præcipuos eius Cõfeſsionis eſſe articulos, De S. Trinitate, De Libero Arbitrio, De iuſtificatione, De Lege & Euangelio, De bonis maliſq; operibus, De Fide, De Mediatore Chriſto IESV, De numero Sacramentorum, De Baptiſmo, De Cœna Domini, De Pœnitentia, & eius generis alijs.

Hi ſunt, inquã, primarij & maximi momenti Confeſsionis Auguſtanæ articuli. Quod ſi Smidelinus negare velit, equidem non iniuriâ prouoco ad impreſſum eiuſdem Confeſsionis exemplar, nihil hæſitans quin omnes hi articuli illic habeantur. Sin autem Smidelinus rem ità ſe habere non abnuit,

quẽadmodùm ſæpiùs antehàc, ſic etiãnũm ex ipſo pcõtor, vtrùm vel fateat̃, vel neget de hiſipſis iam memoratis articulis Euãgelicos Theologos & ſtatus inter ſe digladiari. Si vt hactenùs pergit inficiari, ego in ſuperiori illa mea ſententia acquieſco, eum laborare è cerebro, atq; exijſſe è poteſtate. Non enim fugit eum, id quod infrà in Luteri Genealogia vel hæreticorum catalogo fuſiùs à me docebitur, primò quidem de ſacroſancta TRINITATE complures opiniones hæreticas breuì emerſiſſe, putà, Serueti, Illyrici, & quorundam aliorum in Bohemia & ſuperiori Sileſia. Deindè perſpicuum eſt, Caluiniſtas & Illyricanos de libero hominis arbitrio quicquam vt dicatur, ferre nõ poſſe, contrà acritèr dimicãtibus Melan-

Epiſtola Illyrici ad M. Vuernerum Barbeñ. Caluinus de Prædeſtinatione, & Illyricꝰ in Articulis ineũdæ concordiæ, & alij plerïq; oẽs.



lanchthonicis & Adiaphoriſtis. Neq; id obſcurum eſt, q̃ atrox de Iuſtificatione ſit inter Euãgelicos concertatio, adeò vt aduersùs Oſiandrum de ſola hac Iuſtificationis voce quatuordecim pugnãtes opiniones extiterint. Quàm verò infeſtis ſignis Illyricus, Gallus, & qui huius factiõis ſunt, in Melãchthonicos & Adiaphoriſtas legis & EVÃgelij nomine, vt videlicet aliud ab alio ſecerni, & vt ſingula definiri debeant, incurrunt? Satìs quoquè atq; ſupèr in propatulo eſt, quàm inter ſe haud alitèr atquè Cadmæi fratres, corrixentur Euangelici de bonis maliſq; operibus, quibuſdã aſſerentibus bona opera prodeſſe ſalúti, alijs cõtrà, ea ad ſalutem eſſe pnicioſa. Iã verò an nõ multis annis ingẽs de fide bellũ graſſatũ eſt,

Illyricus in librosue informatiõis. Gallus in exceptionũ libro &c. Amſdorffius lib. opera bona eſſe pernicioſa. Illyricus cõtra Meniũ, & alibì. De his articulis confuſe hæreticorum Catalogum.

 hodieq;

hodieq; graſſatur apud Euangelicos? Quibuſdam placet, ſolam fidē iuſtificare: alijs, fidem quidem magna ex parte, opera verò bona minori ex parte: vel fidem præcipuè, opera minùs principalitèr. Quantùm autem illi inter ſe de mediatore Chriſto tumultuantur? Quidam docēt, Chriſtum iuſtificare hominem ſecundùm humanā duntaxat naturam: Alij, ſecundùm diuinam tantùm: Alij, Chriſti diuinitatem in cruce eſſe mortuam. Porrò de Sacramentorū numero & fuit hactenùs, & eſt hodieq; apud illos vehemens conflictatio. Alij enim ſtatuunt duo tantùm eſſe Sacramenta, alij tria, alij quatuor, pleriq; nulla. Caluiniſtę quoquè de Baptiſmo & eius efficacia longè alitèr ſentiunt, atquè Luterani: & ab his vtriſq; diſcre-

Caluinus in Inſtitutione Chriſt. Melanchthō in vltimis locis comm. Luterus lib. de capti. Babylo. Zuinglius contra Vrba. Regiū de Baptiſmo. Luter⁹ in poſtrema Confeſsione.



diſcrepant Anabaptiſtę. De Cœna Domini Luterus octo diuerſas inter Zuinglianos ſectas annotauit, & Melanchthon non ità pridèm quinq; inter Luteranos. De Pœnitentia Illyricus ſeptem pugnantes enumerat hæreſes apud Adiaphoriſtas. Et quorſum multa commemorare attinet? Rurſum ego hîc appello Smidelinum, id mihi edícat, num articuli illi, quorum cauſa Saxoniæ Principes & Mansfeldeñ Comites hæreſes & ſectas decem condemnârunt, ad Auguſtanā Cōfeſsionē pertineāt, néc ne? Itemq;, quandò Amſdorffius, Illyricus, & Gallus ſcriptis in lucem datis planum teſtatumq; faciunt, Melanchthonicos & Adiaphoriſtas in ſex vel ſeptem præcipuis Articulis ab Auguſtana Confeſsione ceu apo-ſtatas

Illyricus in ſuæ Informationis libro. Gallus in Exceptionibus cōtra Acta Vuittenbergeñ profeſſorum.

ſtatas defeciſſe, num iſta lis & alter-catio de iã dictę Confeſsionis articulis ſit, néc ne? Quocũq; tandèm modo Smidelinus reſpondeat, effugere nõ poterit, quin illi cum Illyricanis manus conſerenda ſit. Gallus nanque iam recèns grande commentum edidit, quo ille Melanchthonicos & Adiaphoriſtas nõ accuſat modò, verùm etiã planè conuincit, in primarijs & grauiſsimis ſex capitibus vel articulis ab Auguſtana Confeſsione, haud alitèr quàm apoſtatas, deſciuiſſe.

Cõſule hæreticorum Catalogum.

Ex his igitur ſuprà recitatis articulis, alijsq́; permultis, quos in hæreticorum Catalogo cernere eſt, id citra dubium poteſt animaduerti, nec quiſquam negare poteſt, perpaucos Auguſtanæ Cõfeſsionis articulos ſupeſſe, q̃ nõ in multiuarias hære-



hæreſes ſint diſtracti ac dilacerati.

Mihi quidem ſic perſuadeo, ſi quem vulgarẽ laicum veritatis cognoſcendæ cupído inceſſat, velitq́; totius huius rei & negocij certam habere notitiã, illi nõ magnoperè ſingulari quadã eruditiõe & ſolertia opùs eſſe: ſed hac de re dũtaxat ſedulã eũ cogitationẽ ſuſcipere debere, eosq́; locos, quos ex proprijs illorũ libris & ſcriptis huc adſcripſi & allegaui, inqrere & legere: comperturũ re ipſa, nimiũ ꝓh dolor vera eſſe, q̃cũq; ego de Luteranorũ diſſectis & diſtractis hęreſibꝰ annotaui.

Quęro igit̃ è Smidelino, vtrùm ſuprà enumeratos articulos in Auguſtana Cõfeſsiõe vnq̃ legerit? nũ ij quoquè ad eiuſdẽ Cõfeſsionis ptineant fundamentũ? an ijs è Cõfeſſione illa ablatis articulis, quippiã

 eius

eius reliquum futurũ ſit? Si reſpondeat, antè dictos articulos non eſſe Auguſtanæ Confeſsionis, iure ille apud omnes manifeſti mendacij reus tenebitur. Ego enim ad eiuſdem Confeſsionis librũ prouoco, certusq́; adeò ſum, totũ illius Confeſsionis fundamentum in hiſce articulis ſitum eſſe. Si verò non it inficiàs, hos articulos Cõfeſsionis ipſorum capita & fundamentum eſſe, dicere ille compelletur, Luteranos in his articulis vel planè cõſentire, diſcrepare minimè, vel nõ ea ratiõe eſſe diſcordes, vt ob eam diſcordiam & diſſenſionem apud illos hęreſes reperiri queant. Iam ergò Smidelinus procedat in medium, dicatq́; nobis, modò tamen perſtat in ſententia, quo tamen loco Saxoniæ principes & Manſfeldenſes


denſes Comites habeat, putét ne Illyricum, Gallum, Amſdorffium, Morlinum, Ioachimũ Vueſtphalum non niſi mera mendacia ſcribere, cùm ij, vt eſt ſuprà dictũ, ſuos ſymmyſtas & conſectarios, Auguſtanæq́; Confeſsioni addictos, ſuprà quindecim hæreſum inſimulent atq; condemnent, idq́; pręſertim in primarijs Auguſtanæ Confeſsiõis articulis? Quòd verò Smidelinus lites has & controuerſias fuco quodam adhibito conciliare molítur, non id profectò inſigni quadam vacat tum ſtultitia, tũ arrogantia ac temeritate: quãdoquidem Amſdorffius, Gallus & Illyricus ſcribunt ac clamant, haſce lites & diſceptationes mera eſſe contradictoria, quæ nullam vnquàm admittant conciliationem, niſi pars altera

Lib. contra 9. ſectas.
Lib. contra 11. ſectas.

altera condemnata ſit.

Si vera ſunt, q̃ Amſdorffius cum ſuis aſſeuerat, Smidelinus ceu mẽdacij reus ignominia notabit. Sin autem illi mentiunt̃, ipſi rem hanc inter ſeſe tranſigant, & vtrinquè ſuæ famæ & exiſtimationi conſulant ac medeantur.

Inſimulatio doctrinæ Luteranæ.

Eſt præthereà ſuperiùs dictum, Luteranos eo me nomine inſimulare, tanq̃ ego articulos quoſdam ipſis Luteranis adſcribam, quos tñ illi pro ſuis nó agnoſcant. Nemini quidẽ obſcurũ eſſe poteſt, me ſupra centum articulos falſos, ſiue cũ errore cõiunctos, è doctrina Luteranorũ diſtinctè excerpſiſſe, locaq́; vbì illi in eorum lucubrationibus inueniẽdi ſint, nominatìm & euidentèr cõmemorâſſe. At Vuittenbergeñ Theologi ex tota hac ſumma



ma non niſi tria vel quatuor fragmenta auulſerunt, eaq́; ad ſuam pertinere doctrinã negant, ea nimirùm ſpe adducti, fore vt ſi quidẽ hæc fucatæ cuiuſdam innocentiæ p̃textu à ſe amolíri poſsint, reliquæ ipſorum abſurditates & hęreſes tãto minùs moleſtiæ ſentiant, minuſq́ue infeſtẽtur. Porrò res om̃is ità ſeſe habet:

In Libro illo, in quo ego ſub Colloquio Vuormatienſi præcipua quędam collegi capita, in quibus Luterani non modò à nobis Catholicis diſsident, ſed etiam inter ſeſe horrendum in modum tumultuantur ac digladiantur, inter alia etiam Luteri dogma de matrimonio ex eius libro annotatum eſt, vbì ille ſic habet: Sit ergò matrimonium figura Chriſti & Eccleſię: Sacra-

Lib. de Capti. Babylonica, titulo, De Matrimonio.

Sacramentum autem non diuinitùs inſtitutum, ſed ab hominibus in Eccleſia inuentum, ignorantia tam rei quàm verbi abductis. Id Theologi Vuittenbergenſes planè pernegant, meq; ꝓptereà indignis modis tractant, atq; hac in me importunitate inuehuntur: Dic, inquiunt, ſcelerate Sycophanta, vbì vnquàm ab vllo in noſtris Eccleſijs dictum vel ſcriptum ſit, matrimonium ab hominibus ignorantia tam rei quàm verbi inuentum?

Non poſſum mihi perſuadere, homines probos & honeſti amantes, eiuſmodi tam importunam ac ſcurrilem Theologorum Vuittenbergenſium orationem æqui bonisq; laturos, etiãſi à me illis facta eſſet iniuria: quanto igitur minùs, cùm ego hac in ſententia neq; ſyllabam,



labam, neq; iota vnum vel appoſuerim, vel detraxerim, ſed ità eam citârim, vt in ſecundo Tomo Latino, qui cum Melanchthonis præfatione Vuittenbergæ excuſus eſt, ſcripta habetur?

Atquì fortaſsìs obijciat quiſpiã, de Luteri ſententia & doctrina ex hac oratione adeò certò conſtitui nõ poſſe, quòd ille locis alijs alitèr de matrimonio ſcripſerit. Cui ità reſpõſum eſto: Quàm in doctrina conſtantes fuerint atq; etiamnùm ſint Luterus & eius diſcipuli, ego in libello, cui titulus eſt, Trimẽbris Theologia, ob oculos poſui. Quæ verò Luteri fixa de matrimonio ſentẽtia & opinio fuerit, ipſe abundè declarauit Cõcione quadam de Matrimonio, q̃ Anno 1522. Vuittenbergæ publicè excuſa eſt. Atq; nè

nè quis putet Luterũ hanc doctrinam mutâſſe & retractâſſe, idẽ tractatus abſq; vlla immutatione perindè vt antè, iterùm Vuittenbergę prælo cõmiſſus eſt Anno 1553. extatque in VI. Tomo Germanico operum Luteri, vbì ad verbum ſic habetur:

Sexto Tomo Germanico, fo. 171

Equidem ſic locutus ſum: Si fœmina matrimonio idonea maritũ obtineat cõiugio inidoneum, nec poſsit publicè alteri nubere, nec velit inhoneſtũ aliquid facilè admittere, quandoquidẽ Romanus Põtifex multos teſtes multũq; negocij hîc exigit abſq; ratione, his verbis maritum ſuum compellare debet: Cernis mi vir, nõ poſſe te mihi reddere debitum, & iuuenile corpus meũ te fefelliſſe, meq; præterea in honoris & ſalutis meæ diſcrimen

Fructus Luterani Euãgelij.



men adduxiſſe, neq; eſſe corã Deo coniugium inter nos duos: Permitte igitur mihi cum fratre vel proximo cognato tuo clàm inire matrimoniũ, ità vt tu nomen quidẽ habeas, nè facultates tuæ ad alienos hæredes deuoluantur, patiariſq; vltrò tibi à me imponi, quemadmodùm tu mihi inuitæ impoſuiſti. Dixi porrò, maritum debere ac teneri his aſſenſum præbere, eique coniugij debitum & proles procurare. Quod ſi nolit, illam clanculò à marito in aliam regionem aufugere, & ibì nubere debere, &c.

Nota, Euãgelij noui coniugium.

Eiuſmodi conſilium ego tũ dedi, cùm adhuc meticuloſus eſſem. Iam verò ea in re liberiùs conſulerem, atq; eiuſmodi virum, qui fœminã eum in modũ naſo ſuſpẽdat, duriùs

duriùs attrectarẽ: itidemq́; fœminam, quanquàm in fœminis id rariùs accidit, quàm in viris. Non satìs eſt, proximum tantis tamq́; arduis in rebus, quæ corpus, facultates, honorem ac ſalutem attingãt, tam leuitèr per dolos circunducere: æqua ab illo exigenda compenſatio eſt: hoc eſt, fœmina talis egregiè ſcortari & adulterari debet.

Nota.

Tomo 6. fol. 177.

Et rurſus: Inuenire eſt fœminã adeò peruicacẽ, animoq́; tam obſtinato, vt etiamſi vir eius deciès labatur in incontinentiam, nihil id ea moretur. Hîc iam tempus eſt, vt maritus his ad eam verbis vtatur: Si tu non vis, eſt alia quæ velit. Si non vult Vxor, veniat Ancilla: ità tamen, vt priùs hoc illi maritus bìs térve indicet, eamq́ue pręmoneat, alijs quoquè idem aperiat, vt eius per-

Si non vult vxor, veniat ancilla.



uicacia palàm innoteſcat, & corã omnibus caſtigetur. Quòd ſi nec ſic illa vult, dimitte eam à te: repudiataq́; Vaſthi, accipe Eſter, perindè vt fecit Aſſuerus, &c. Eſter 1.

Nõ me clam eſt, Luteranos ſtomachari admodùm, velleq́; vt eiuſmodi rerũ nulla deincèps mẽtio habeatur, quòd ingens dedecus ac ignominiam ſuam cernant prolata in lucem &c. Quibus ego reſpõdeo, me nõ eſſe primum, qui ipſis probroſam matrimonij contumeliam improperet. Fecerunt id ante me etiã alij, inprimisq́ue integer & Catholicus princeps, laudatiſsimæ memoriæ Dux Saxoniæ GEORGIVS, in ſua aduersùm Luterũ reſpõſione. Quæ quidem omnia ſi Melãchthon obliuioni dedit, at ſpero tamen poſſe eum redire in memo-

R riam

riam illorum, quæ ipſus in vniuerſum de Sacramentis omnibus ſcripſit in Annotatiõib⁹ ſuis in primã ad Corinthios Epi. ca. 11. vbi ſic habet: Duo ſunt oĩnò ſigna ſacramẽtalia, Baptiſma & Euchariſtia: reliqua ſacramenta, quæ numerantur, commenta ſunt hominum. Quid verò intereſt inter ea Luteri verba, quibus ait, Matrimonium eſſe ab hominibus inuentum: & iſta Melanchthonis, Reliqua ſacramenta (in quibus etiam matrimoniũ numeratur) hominum eſſe commẽta? An non autem planè impium eſt, ſacroſancta Sacramenta eiuſmodi afficere contumelia, & hominũ commenta appellare? Quid verò Chriſt⁹ Dñs de ſacro dicit cõiugio? An verò hominũ commẽtum eſt, vel diuina conſtitutio, vbi Chriſtus ipſe dicit: Quod Deus cõiunxit, homo non ſeparet?

Melãchthõ nõ niſi duo vult eſſe ſigna ſacramentalia.

Matth. 19. Marc. 10.

Cùm Luteranũ Euãgelium primùm orireť, Melãchthon ſcripſit, ſolam fidẽ iuſtificare, Sacramenta nullã conferre gratiã, Baptiſma & eucharistiam tantùm ſigna eſſe ſacramẽtalia. Paulò pòſt rurſum erãt ſacramẽta, atq; ex duob⁹ ſacramẽta tria effecit, & tãdèm quatuor. Atq; ità intra paucos annos Sacramẽta, q̃ antè hominũ commẽta vocârat, maximeq; habuerat ludibrio, repentè iterùm ſancta ſacramenta & immota præpotentis Dei inſtituta fuêre. Nolim autem inpręſens in diſputationem ingredi, quid in his Catholicum, quídve hæreticum, quid prauum, quid iniquũ ſit. Hæc enim alterius ſunt loci.

Inconſtantia Luteranorum.

In Locis cõmunib. medijs & vltimis.

Iam nec hoc quidem Luterani

 The-

Theologi admittere volunt, ipſos Symbolum fidei noſtræ Chriſtianę adulterâſſe, dictionéq́;, CATHOLICAM, indè eraſiſse: me verò id dixiſse cõfiteor, primũq́; ad ipſam Auguſtanam Confeſsionem prouoco, vbì ſuam illi Eccleſiã deſcribunt, ſed vocis, Catholica, nec minima ex parte meminerũt. In Apologia autem, cùm eo nomine incuſatus eſſet Philippus, paucis quidem verbis eius mentionem facit, ſed ità tamen, vt ipſe Catholicum vocet, quod hæretici in angulis quibuſdã coxerint & cõmẽti ſint.

Luterani Symbolum mutilârunt.

In Locis Cõmunibus, & in Examine examinandorum, vbì multis verbis de Eccleſia diſputat, Catholicæ vocabulum nulla in Eccleſia reperire poteſt. In Luteri quoquè magno & paruo Catechiſmo, libelloq́;



belloq́; precatorio, vbì ſymbolum recitat & interpretatur, vbiquè pro Catholica Eccleſia, videre eſt, Chriſtiana Eccleſia. Vndè id conſecutũ eſt, vt omnibus Germaniæ locis, quibus Luteri Euangelium receptũ eſt, pueri nõ alitèr diſcant Symbolũ, neq; ad menſam recitent, quàm vt eſt à Lutero & Philippo adulteratum: quos dubium nõ eſt ſingulari quadam hæretica verſutia eò conatus intendiſſe ſuos, vt dictio, Catholica, paulatìm è mortalium om̃ium animis euellatur. Semper enim hæretici om̃es, neq; id abſq; ratione, hunc Symboli articulum, Credo Eccleſiam Catholicam, impendiò reformidãt: certi videlicet, ſi eius vi atq; vigore cum ipſis agẽdũ ſit, actutùm illis cũ noua ipſorũ doctrina fugam capeſſendam eſſe.

Is Symboli articulus, Credo Eccleſiam Catholicã, hæreticis toxicum eſt.

 Quan-

Quādò igitur ex his, atq; id genus innumeris alijs perſpicuè certoq́; poteſt animaduerti, non modò immanes ac multiuarias, verùm etiā hæreticas exitialesq́; ſciſſuras, & ſchiſmata extare, vtì ex antè allatis eorū proprijs argumētis & exemplis planè ac liquidò intelligere eſt, nemo vnq̄ inficiàs ire poterit, etiam Luteranos ipſos & eſſe & p̄manere hæreticos. Nāq; & DOctor Smidelinus, & hæretici omnes id confeſsi ſunt, vbì in doctrina fidei, id eſt, præcipuis fidei articulis, hæretica diſsidia & ſchiſmata comperiātur, ibì etiam doctores illos, qui eiuſmodi hæretica ſchiſmata propugnēt, hæreticos & ſectarios eſſe oportere. Atquì inficiari nullus poteſt, Luteranos concionatores hęretica ſchiſmata excitare, propagare, tueri. Indè igit̄ id conficitur, eos non poſſe nō hæreticos & eſſe & permanere, atq; non alio quàm hæreticorū loco ab omnibus toto orbe Chriſtiano haberi debere.

Smidelinus extrema parte libri contra Staphylum.
Laqueus Smidelini.

Neq; ſanè vlla alia ratio eſt hæreticos ad rectam Eccleſiæ viā reducēdi, q̄ vt ipſorum hæretica diſsidia ac deuia itinera, per quæ illi à Chriſtiana & Catholica vnitate ad ſciſſuras & ſchiſmata deducti ſunt, eis ob oculos reuocētur: aut certè, ſi illi in ſuis erroribus ſint pertinaces, velintq́; perſeuerare, vt Deus rogetur, ſpiritum vertiginis, q iam inter eos eſt, quantùm velit apud illos commorari ſinat, vtì in plures illi factiones diſcindant̄ ac diſsipēntur, prorſusq́; profligētur & extirpentur: haud alitèr atquè illis, qui turrim ſtruxêre Babylonicā, alijsq́;

 paſ-

paſsim ſectarijs vſuuenit.

Nota.

Quidenim hęreſes alias omnes perdidit, quàm mutua inter ipſos diſſenſio ac diſcrepantia?

Luterus in 5. Pſalmum.

Canon, vt ſit cum hæreticis diſputandum.

Teſtatur id Luterus ipſe: Om̃e, inquit, regnũ in ſeipſum diuiſum, deſolabitur. Nulla enim vnquàm hæretici vel vi, vel arte ſupati ſunt, ſed ſuis ipſorum mutuis digladiationibus. Neq; Chriſtus alia ratiõe pugnat aduersùm illos, niſi vt ſpiritum vertiginis & diſſenſiões immittat in illos, vtì olim in Sichimitas & ędificatores Babel, ac deindè in nouo Teſtamento in Arrianos, Donatiſtas, Pelagianos &c. Quin & Iudæis ea, quæ inter ipſos erat, diſcordia exitium attulit. Nam Hilario teſte, bellum hæreticorũ, Eccleſiæ pax eſt.

Atq; etiam vſitatũ id eſt, vt vbi hæreſis aliqua enata eſt, eiq; plures ſe magiſtri immiſcent, mox indè permulta ſchiſmata & factiões exiſtant. Marcion hæreſiarcha multas inſolentes protulit opiniones, quę ſimul atquè in vertiginoſa illa cerebra ſparſæ fuêre, eius hæreſis in cõplures alias diſtracta eſt, indeq; prodiêre Apelliani, Seueriani, Manichæi: atq; ex Manichæis porrò Priſcillianiſtæ, Encratitæ, & plures alij.

De Arrianis ſcribit Epiphanius Lib. 3. in hiſtoria & refutatione Hemiaritarum & Arrianorũ, his verbis: Dicimꝰ enim, quòd in tres ſtationes Arrianorum exercitus diuiſus eſt: adeoq; & Eudoxius & Germanus, Georgiusq; Alexandrinus & Euzoius Antiochenus in vnam ſtationem abſciſsi conceſſerint: in

ſecundam Baſilius, Eleuſius, Euſtachius,& Georgius Laodicenus, & Syluanus Tarſenſis,& Macedonius Conſtantinopolitanus. Acacius verò rursùm, vt anteà dicebã, &Meletius,atq; Eutychius,& item alij in tertiam venerant claſſem. Eratq́; vniuerſum negociũ plenũ vanæ nequitiæ. Etenim quæ pro ſe quiſq; ſentiebat, eadẽ alius nõ habebat, ſed in mutua diſsidia diuulſi ſunt odio quodam inter ſe mutuo.

Vide Hiſtoriã Tripartitam lib.9. cap.40.

De horum aliorumq́; hæreſiarcharum ſchiſmatibus & diſſenſionibus fusè apud Euſebium legere eſt. Auguſtinꝰ quoquè Donatiſtarum diſcordiã cõmemorat, illisq́; obijcit Donati ſectã in plures alias diſtractã eſſe. Ità enim ait lib.1. de Baptiſmo cõtra Donatiſtas, cap.6. Eadẽ pars Donati in multa minu-

tiſsima



tiſsima fruſta conſciſſa eſt,q̃ oẽs minutę particulę, hanc vnã multo grãdiorẽ,in qua Primianꝰ eſt,de recepto maximinianiſtarũ baptiſmo rep̃hendũt, & ſingulę conãtur aſſerere, apud ſe tãtũmodò verũ baptiſmũ remãſiſſe, nec oĩnò eſſe alibì.

Sed q̃d nos multis agimꝰ de priſcis illis & antiq̃s hęreſibꝰ,qñ proh dolor hac tẽpeſtate in Germania patria noſtra,tã ingẽs hæreſum ꝓuẽtus eſt? quot enim alias,quamq́; multiuarias ſectas vna illa Ioannis Huſsi ſecta pepit? Alij fratres Vualdenſes, alij Thaboritæ, alij Picardi nuncupant̃. Sũt etiã,qui Grubenheimeri,atq; alijs noĩbꝰ vocent̃,qbꝰ enumerãdis hoc loco ſupſedeo. Inter illos eñ,q ſe euangelicos haberi volũt, tot ſunt ꝓh dolor factiones, vt earũ ꝓpemodũ nullꝰ poſsit

iniri

iniri numerus: atq; complures, vt Gallus ait, etiãnùm in calamo hæ-rent. Verùm ego calamũ nonnihil excutiã, periculum facturus, num quæ fortaſsìs indè proditura ſint.

Id pro vero exploratoq́; habendum eſt, nullum vnquàm ſuperioribus ſeculis tam magnum hæreſiarcham extitiſſe, atquè noſtra hac ętate Martinus Luterus fuit: eamq́; ob rem nunq̃ Deus tam horrenda iræ ſuæ ſigna dedit, atquè hoc ęuo noſtro. Interìm nihilo minùs non vulgares nobis huius tam inſignis hæreſeos cognoſcendæ notas & argumenta præbuit, dum inauditas diſſenſiones & ſchiſmata adeò cumulatìm & luculentèr ſinit prodire in publicum, quô citra vllã cunctatiõem quilibet & perſpicere & certò ſtatuere queat, quãdo quidem


dem Deus pacis & vnitatis eſt author & cauſa, ità è diuerſo diabolũ totius Luterani diſsidij ac diſcordiæ, pugnantisque & contentioſæ doctrinæ parentem eſse oportere. 1.Cor.14.

Itaq; ſi quis fortè vſpiàm eſt ſolicitus ſuæ ſalutis Chriſtianus, qui probè compertum habere velit, quanta ſint Luteranarum ſectarum, quæ ſe omnes pro Euangelicis venditant, ſchiſmata & factiones, quàm latè pateant, is eũ, qui ſequitur, ſectarum, quæ originem ex Martini Luteri doctrina ſumpſêre, catalogum inſpicere poterit: qui iam pridèm Latinè editus eſt. ſed iam nonnihil auctus prodit.

GENE-

# GENEALOGIA, SEV POSTERITAS ET SVCCESSIO MARTINI Luteri, quinti Euangeliſtæ & Patris.

NIhil magìs eſt ſecũdùm naturam, inquit Ariſtoteles, q̃ ab vnoquoq; gigni ſuî ſimile. Idq́; nõ ſolùm, nè rerũ ſpecies commiſceantur, quoniam leo procreat leõem, homo hominem: ſiquidem, vt antiquus ait poëta, ὄυτε γὰρ ἐκ σκύλλης ῥόδα φύεται: ſed etiam nè prorſus in ſuo cuiuſq; genere ſit morũ ingeniję́; diſsimilitudo, fortes creãtur fortibus & bonis: viciſsimq́;, vt non inſcitè Euripides,

Non



Non ſit probanda proles patre ex improbo. Fixa cùm hæc ſit, minimeq́; erret in natura lex, placuit Saluatori, ex hac iſta naturali degeneris prauęq́; ſobolis conſideratione nos erigere quadã ſimilitudine ad cognitionem rei ſpiritalis, vt veros ꝓphetas poſsim⁹, q germana Eccleſię ſoboles ſunt, à falſis, qui adulterina, diſcernere. Ex fructib⁹ ipſorũ, inquit, cognoſcetis eos. Quam ob cauſam verò? Nemo etenim de ſpinis vuas colligit, nemo fic⁹ de tribulis. Nimirùm id eſt, ſicut nos rerum vſus edocuit, quòd plerunquè Naturę ſequitur ſemina quiſq; ſuæ. Cuiuſmodi propheta Luterus fuerit, aliundè vix vſquàm certiùs poteſt, quàm ex ſobolis ſuæ propagine ſtudijsque animaduerti. Nã confeſtim initiò, vbì gloriæ Matt. 7.

lau-

laudumq; immenſa cupido inflã-
mâſset Luterum ad ſtuprum, ad
omne genus libidinis, non defuit
ilicò vetus draco, tanquàm pronu-
bus, ac ſepticeps illa beſtia, ipſeque Apoc. 16.
adeò pſeudopropheta Luterus, tã-
quàm parentes: natiq; ex horũ ore
tandèm ſunt tres iſti ſpiritus im-
mundi, ranarum ſimiles, Cõfeſsi-
onarius, Sacramentarius, Anaba-
ptiſticus. Et quanquàm hi ipſi tres Ambroſ. Tom. 5. ſuper 9. cap. Lucæ.
immũdi ſpiritus, tanquàm vulpes
Philiſtiæ, capitib⁹ longè ſint lateq;
diſiunctiſsimi: tamẽ caudis ità ſunt
inter ſeſe (vt ſegetem Domini in-
cendere poſsint) concopulati, vt
nulla penè nunc reperiatur in tota
Europa hæreſis, quæ non aut Ho-
mologiſtarum, aut Sacramentari-
orum, aut Anabaptiſtarum chara-
ctere mẽtem gerat inſignitam: nè,
ſi



ſi cupias agnoſcere, queat deeſſe
euidẽs indicium, cui ex iſtis tribus
ſpiritibus quis potiſsimùm adhæ-
reat mancipatus. Et quô propiùs
poſsis certiusq; ſingulos illorum
immundorum ſpiritũ characte-
res deprehendere, ſeptem quidem
infligit Deus propter peccata pla- Apoc. 16.
gas mũdo, ſed has præcipuè in tri-
bus elemẽtis exprimit, in aqua, in
aëre, in igni: vt conſtet, quòd quo
quis genere peccet, eodem ſoleat
etiam diuinitus puniri. At preſsiùs Sap. 11.
idem: Quia tres ſunt, qui teſtificã-
tur in cælo, Pater, Verbum, & Spi- 1. Ioan. 5.
ritusſanctus, & hi tres ſunt vnum.
Et tres ſunt, qui teſtificantur in ter-
ra, Spiritus, Aqua, & Sanguis: & hi
tres ſunt vnum. Hoc poſterius te-
ſtimonij genus ipſemet Chriſtus
inſtituit, confirmauitq; in terra, cũ
S aliâs,

aliâs, tum etiam cùm pendens in cruce, fudit aquam & ſanguiné ex latere, & emiſit ſpiritum, inclinato capite. Nec dubium eſt, ſicut Eua ex latere Adæ formata eſt, ità Eccleſiam formari ex latere & ſpiritu Chriſti, quemadmodùm ſanctè explicauit Viennenſe Conciliũ. Tria enim potiſsimùm hæc Sacramenta ſcimus eſſe, quibus Eccleſiæ floret, Baptiſmum, Cœnam Domini, Claues Pœnitentiæ. Signaculum Baptiſmi, eſt aqua: Euchariſtię myſterium, ſanguis ex vino, quod eſt aërium: Clauium poteſtatem Spirituſſanctus, quem Chriſtus inſpirauit, contulit: ſignumque eius apparuit ignis in ore Apoſtolorũ. Hoc ſanè triforme teſtimonium Chriſti, in terris iam violatum atq; profanatum eſt, Aquam enim Baptiſmi

Ioan. 19.

Iohan. 20. Acto. 2.



ptiſmi Anabaptiſtæ corruperunt, Sanguinem Domini profanârunt Sacramentarij, Spiritum clauium Homologiſtæ inuaſerunt. Quod ſcelus cœptum eſt quidem puniri, at nondùm finis pœnæ: ſiquidem nec ipſa adhuc ceſſet profanatio. Caueat, qui intelligit: effugiat, cui patet abitus: excutiat puluerem, qui iram Dei veretur. Sed iam ad Catalogum veniamus.

Draco, Beſtia, Pſeudopropheta, Luter⁹ quintus Euãgeliſta, vndè pdiêrunt potiſsimùm immũdi ſpiritus tres, Anno Domini 1517. in vigilia S. Martini, nempe Anabaptiſtæ, Sacramentarij & Homologiſtæ ſeu Confeſsioniſtæ, qui Proteſtantes Eccleſiaſtæ vocantur. Apoc. 16.

I. PRIMVS ſpiritus immundus ſeu Bufo, Munzerus & Ber-

Bernardus Rotmañ filius Luteri,
pater Anabaptiſtarum, cœpit an-
no Domini 1524. Ex his prodiêre

MVNZERIANI, q nomen habẽt à
Thoma Mũzero. Hic eñ cũ legiſſet
in libris Luteri de captiuit. Babylo
nica, & contra duo mandata Cęſa-
ris, Nullam eſſe ſpem remedij, niſi,
omnibus legibus humanis extin-
ctis, populus regnet, & Deum ro-
gandum, nè ſubditi obediant ſuis
magiſtratibus: mouit ille per totã
Germaniam ruſticos contra prin-
cipes, prælijsq; paſsim commiſsis,
periêrunt vltra centum millia ru-
ſticorum. Vide hiſtoriam Sleidani.

Tomo 2. Latino, folio 452. Tomo 6. germanico, fol. 601.

ANABAPTISTAE, ex Epiſtola Lu-
teri ad Vualdenſes, ſiue Picardos
ſcripta legerunt, quòd præſtat Ba-
ptiſmum in paruulis omitti, quàm
eos baptizari abſq; fide ipſorum.





Hinc variæ exortæ ſunt ſectę Ana-
baptiſtarum, quarum hę pręcipuę
numerantur:

ADAMITAE, qui Adæ innocẽtiã 1.
ſe imitari dicunt: in ſyluis vagan-
tur, & nõnunquàm prorſus nudi,
ſicut Adam & Eua.

STEBLERI, qui docẽt, quòd ſcri- 2.
ptura vetet portare gladium & pe-
ram: item, quòd nõ liceat Chriſti-
anis accuſare in iudicio, quòd vim
vi repellere non ſit Chriſtianum,
ſed percutiẽti in vnam maxillam,
alterã obuerti debere. Hoc docuit
Luterus in Articulis à Sorbona da-
mnatis.

SABBATARII, qui Sabbatum mo- 3.
re Iudæorum colunt: diem Domi-
nicam aſpernantur, ſolumq; Patrẽ
inuocant, Filium & Spiritumſan-
ctum vidẽtur negligere. Vide Lu-

terum libro contra Sabbatarios.

4. Clancvlarii, qui exiſtimant ſibi licere, ſi rogentur, an ſint Anabaptiſtæ, ſe eſſe negare: ſatis omninò eſſe, ſi ipſimet clàm, quid credant, ſciant: palàm confiteri non eſſe opùs. Et hi ſunt frequentes in magnis vrbibus: nulla tēpla intrāt, domi ſe ſuosq; docent, aut in hortis conueniunt. Vulgò Gartēbrüder (id eſt, fratres hortēſes) vocant.

5. Manifestarii, qui aiunt impiū eſſe, ſi cùm rogentur, ſe quod ſunt negent eſſe Anabaptiſtas. In Pruſſia hoc ſectæ genus frequens eſt.

6. Daemoniaci, qui credūt etiam dæmones, ſicut quondàm Origeniſtæ, ſaluatum iri poſt finem huius ſeculi.

7. Commvniahabentes, q & vxores, & liberos, & omnia ſibi in Repub. communia eſſe debere arbitrantur: ſicut Plato in ſua Repub. inſtituit, & olim Nicolaitæ, & nupèr Monaſterienſes Euangelici Prophetæ: Concupiſcit ſpiritus meus, inquiunt, carnē tuam. Veni itaq;, & faciamus mirabilia. Vide Sleidanum de bello Monaſterieñ.

Condormientes, qui iubent prę nimio noui Euangelij amore, debere viros & fœminas, iuuenes ac virgines, vno in loco & cōclaui & viuere, & in eodē cubiculo dormire. Sic quondàm in Burgundia, & in Bohemia deincèps Grubenheimeri faciebant, qui extinctis luminaribus, dicebant ad omnes ꝓmiſcuè: Creſcite & multiplicamini. 8. Geneſ. 1.

Eivlantes, qui putant nihil eſſe deuotionis, quod perindè gra- 9.

tum ſit Deo, atquè lachrymari & eiulare perpetìm. In Belgio ſuperiori horum ingens prouẽtus eſt.

10. GEORGIANI DAVIDICI, qui anno 1525. in Friſia exorti ſunt, negant eſſe diabolum, negant carnis reſurrectionem. Vide Sleidanum. Huius ſectę author dixit ſe eſſe tertium Dauidẽ, ſicut Luterus ſe tertium Eliam, ſecũdum Enoch, Oſiander.

11. MENNONITAE, qui negãt Chriſtum ſumpſiſſe ex ſacratiſsima virgine MARIA carnem.

12. POLYGAMISTAE, qui docẽt, licere vni viro habere vxores plures eodem tempore. Item, licere fratri, vxorem viui fratris ducere. Sic Iohannes Leideñ rex Monaſterieñ, (vide Sleidanũ) & Luterus in edita concione de coniugio, vbì ait: Si non



non vult vxor, veniat ancilla. Sunt quidem & aliæ complures Anabaptiſtarum ſectæ, ſed hîc breuitatis ſtudio non commemorantur.

SECVNDVS Spiritus immundus, & bufo filius Luteri, Carolſtadius fuit, pater Sacramentariorum, isq́ue cœpit anno Domini 1521. II.

CAROLSTADIVS & ZVINGLIVS, vt antiquam hæreſin Berengarianam reſuſcitarẽt, ſumpſerunt materiam ex his Luteri dictis, cùm ſcribit in Aſſertionibus contra Leonẽ Papã, & in Formula Miſſę: Neutra ſpecies neceſſaria eſt ad ſalutem. Item in Reſolutionibus: Sola fides Sacramenti iuſtificat, non Sacramentum. Hæc & id genus alia arripuerũt Carolſtadius & Zuinglius,

 vndè

vndè Sacramenta nuda ſigna eſſe crediderũt. Melanchthon in Epiſtol. ad Romanos. Eſt autẽ Sacramentariorum multiplex genus.

Primò ſeptem ſunt Sacramentariæ factiones, quas Luterus ipſe in ſua parua Confeſsione Zuinglianis tribuit, vt eſt ſuprà annotatũ. Deindè ſex ſunt Sacramentarię factiones, quas Philippus Melanchthon vult eſſe inter Luteranos, vt in eius Iudicio, quod ante obitũ ſuum ad Rheni Electorem principem ſcripſit, & anno 1560. Heidelbergæ editum eſt, luculentèr videre licet, eſtq́; ſuprà recitatum. Cõmuniter verò ſunt eæ quæ ſequũtur:

1. SIGNIFICATIVI, qui affirmant non verum corpus eſſe in Cœna Domini, (Sic enim illi ſolent Altaris


taris Sacramentum appellare) ſed corporis ſignum tãtùm. Ità Zuinglius ſcribit in multis ſuis de Cœna Domini libris.

TROPISTAE, qui aiunt figuram corporis eſſe in Cœna Domini, non verum corpus. Ità docuit multis in libellis Oecolampadius. 2.

ENERGICI, q docent non ipſum corpus, ſed virtutem corporis eſſe in Cœna Domini. Ità Caluinus in diuerſis libris, & nupèr cõtra Ioachimum Vueſtphalũ in ſua Admonitione vltima, & Philippus Melanchthon, vt idem Caluinus teſtatur, & in Heidelbergenſi Iudicio licet perſpici. 3.

ARRABONARII, qui volunt Cœnam Domini, cùm ea præbetur, dari tanq̃ arrabonem corporis, & 4.

quaſi

quaſi inueſtituram donati prædij, aut domûs alicuius. Ità Franciſcus Stancarus in Polonia docet, & in Tranſſyluania.

5. ADESSENARII, quorum quatuor diuerſæ ſectæ reperiuntur. Alij em̃ contendunt, quòd corpus Domini ſit in pane: Alij, quòd circa panem: Alij, quòd cum pane: Alij, quòd ſub pane. Vide Aſſertiones Vuilhelmi Klebitij Brandenburgeñ cõtra diſputationem Heidelbergæ nupèr habitam anno 1560.

6. METAMORPHISTAE, qui aſſeuerant Chriſti corpus, poſtquàm aſcendit in cęlum, planè Deum eſſe factum: omninoq́; propriè dici debere, Corpus Chriſti eſt Deus. Cùm ergò quærit̃, quomodò corpus Dñi adſit in Cœna Dñi: reſpondẽt, adeſſe quidem verum corpus, ſed tale


corpus tamen, quod iam ſit diuina eſſentia & Deus ſimpliciter, nõ caro humanæ naturæ conſubſtantialis. Ità ſcribit Suencfeldius in multis libris, & præcipuè De duplici ſtatu Chriſti.

ISCARIOTISTAE, qui negant à Iuda Iſcariote verum corpus Domini acceptum in Cœna Domini. Ità ſcribit Suencfeldius in libello de hac Quæſtiõe inſcripto, & Caluinus in ſua vltima Admonitione contra Vueſtphalum, & alibì. 7.

NEVTRALES Sacramentarij, qui docẽt, quòd neq; vna ſpecies, neq; vtraque ſit neceſſaria, ſolam fidem ſufficere. Item, quòd ſi Concilium ſtatueret ſub vtraq; ſpecie cõmunicãdum, tum contrà, aut ſub vna ſpecie debeant Laici communicare, aut etiam vtranq; reijcere. Luterus 8.

rus in libro de Formula miſſæ, & communis praxis Luteranorum: Quô fit, vt q̃ plurimi intra decẽ annos nõ accedant, alij etiam nunq̃.

9. ICONOCLASTAE, qui Chriſti, omniumq́; ſanctorum imagines è templis eijciũt, ſuas autem & vxorum ſuarum effigies elegantiſsimè & amatoriè depictas reponũt, ſicutì quondàm fecit Simon Magus & pellex ipſius Helena, vt Nicephorus teſtatur. Idẽ noſtri Euãgelici prophetæ faciunt etiam. Exempla eorum teſtantur.

III. TERTIVS IMMVNDVS SPIRITVS, ſeu bufo, filiꝰ Luteri pſeudoprophetæ, eſt Melãchthõ, Pater Confeſsiõiſtarũ anno 1530. quorũ tres ſunt cõtrariæ claſſes. Primi ex his ſunt, rigidi & Stoici Luterani, qui



qui citra delectum, omnes Luteri abſurditates defendũt, nihilq́; potuit Luterus tam rãcidum ac fœdũ dicere, quod illi pro ſacroſancto & puro DEI Euangelio non prædicẽt. Deindè ſunt molles Philoſophi & ἐπιεικεῖς, qui à Luteri dogmatibꝰ plurimùm receſserũt, & dum ex libro INTERIM aliquantulùm ſe propiùs ad Catholicos adiũgere velle ſimulabant, ex alijs erroribus in alios ęquè fœdos, prioribusq́; cõtrarios plapſi ſunt, alicubì ex Manichæis facti Pelagiani. Tertiũ genꝰ, extrauagãtes poſsumꝰ dicere, q tametſi volunt ꝑ Confeſsioniſtis haberi, propter authoritatẽ principũ, qui ei Confeſsioni nomẽ ſuũ dederũt, re ipſa tñ longiùs vagant̃ à placitis Luteri, q̃ cætera turba Cõfeſsioniſtarum. Sed de Rigidis initiò.

ANTI-

I. Rigidi Confeſsioniſtæ.

ANTINOMI, qui adeò efferunt Euangelium, vt affirment legẽ Dei prorſus inutilẽ, & neq; ante, neque poſt iuſtificationem neceſſariã eſſe: Homines euangelicos non obligari ad bona opera diuinæ legis. Sic Luterus initiò, ſic eodem hoc magiſtro Iohannes Agricola, vt ipſe ſcribit in Annotationibus in Iohannem, & Luterus in Antinomicis ſuis diſputationibus.

2. SAMOSATENICI, qui negãt apud Iohannem hanc vocem λόγος, perſonam Diuinæ Trinitatis ſignificare. Ità ſentire Mathiam Illyricũ teſtatur & ſcribit Schola Vuittenbergenſis. Eſt etiam in Sileſiæ oppido Zary alius quidam Mathias, parochus eius loci, qui palàm negãt Trinitatem eſſe. Item in Bohemiæ oppido Czeſlauu, quidã pari



furoris ſtudio in S. Trinitatem debacchat⁹ eſt, dum eſſet in mõtibus Guttnis: & alij alibi non paucis in locis. Reſq; eò demẽtiæ peruenit, imò ad hoc furoris euaſit, vt S. Trinitatẽ vocẽt tricipitẽ (helhũd) Cerberũ. Sunt alij, qui vnitatẽ Dei negant, & eſſe tres deos affirmant. Ità quidam palàm docuit in Pruſsia. Proh ſcelus inter Chriſtianos.

INFERNALES, qui negant eſſe infernum & Chriſtum deſcendiſſe 3.
ad inferos: contenduntque ſuum cuiq; ſepulcrum vocari Hebraicè infernum. Quòd ergò Chriſtus dicitur ad infernum deſcendiſſe, de ipſius ſepulcro intelligendum eſſe. Ità docent pleriq; in maritimis ciuitatibus, Bremæ, Hamburgi, Lubecæ, & alibi. Ità quoquè non obſcurè ſentire videtur Brentius. Vide ipſius magnum Catechiſmum.

4\. INFERNALES alij, qui affirmant Chriſtum non modò deſcendiſse ad inferos, ſed æternos quoquè inferni cruciatus ibì perpeſsũ eſse. Ità docet Ratiſponę Nicolaus Gallus in ſuo edito Catechiſmo, & Iacobus ille Smidelinus cum clypeata manica, Goppingenſis præco, & Caluinus in ſuis Inſtitutionibus.

5\. ANTIDAEMONIACI, qui negant eſse diabolũ & malos ſpiritus, nec vllas eſse incantationes aut maleficia per dæmones cõcitata. Ità docent Georgiani Dauidici, & Andreas Oſiander.

6\. AMSDORFFIANI, qui affirmant bona opera ad ſalutem homini eſſe perniciosa. Ità ſcribit Nicolaus Amsdorff in libello cui titul[9] eſt: Quòd hæc Propoſitio vera ſit, Boa opera eſſe pernicioſa ad ſalutẽ. Ità



Ità etiam Flacciani & multi alij Saxonici concionatores docent & ſcribunt.

ANTIDIAPHORISTAE, qui nullas volũt eſſe in Eccleſia cæremonias antiquas, nullam Epiſcoporum iuriſdictiõem. Ità Illyricani ſeu Flacciani in multis editis libris contra Vuittenbergenſes Adiaphoriſtas. 7.

ANTOSIANDRINI, ſeu Oſiandromaſtiges, qui negant quidem hominem ea iuſtitia, qua Deus ipſe iuſtus eſt eſſentialitèr, iuſtum fieri, ſed illum imputatiuè, id eſt, vt Illyricus gloſſat, non re ipſa, ſed verbo tantùm, iuſtum pronunciari. Quatuordecim Luteranæ Eccleſię ſcripſerunt contra Oſiandrum: ſed quælibet illarum, aliam iuſtitiæ definitionem, alijsque prorſus 8.

contrariam afferebat. Vide Iohannis Functij ſcriptum de origine Oſiandrinæ litis contra Staphylũ.

9. Antisvencfeldiani, q omnem fidei Chriſtianæ cauſam rationéq; ponunt in vocali miniſterio ſuorum concionatorum. Illyricus in aliquot ſcriptis editis contra Suécfeldium.

10. Anticalviniani, qui tametſi rectè aſſerunt realem præſentiam Dominici corporis in Cœna Domini, tamen falsò negant tranſelementationem & adorationem: falsò aſſerunt, extra vſum nõ eſſe Sacramentum. Ioachimus Vueſtphalus in ſua reſponſione contra Caluinum, & multi alij.

11. Manvsimpositorii, qui laicalem impoſitionem manuum volunt eſſe Sacramentum. Graſſatur hæc



hæc ſecta in Saxonia & Pomerania, & in ciuitatibus maritimis. Vide Illyricum contra Iuſtum Menium.

Bisacramentales, qui tantùm duo admittunt Sacramẽta. Ità docent Caluinus & Flacciani. 12.

Sacerdotales, qui docẽt, quòd & viris, & mulieribus, laicisq; hominibus, liceat in Eccleſia verbum Dei prædicare, Sacramenta adminiſtrare, ſoluere & ligare: omnes enim homines ęqualitèr eſſe ſacerdotes: ſacros Ordines eſſe fabulam & commẽtum humanũ. Ità Luterus in libro de Captiuitate Babylonica, & Illyricus in ſua Apologia contra Iuſtum Menium. 13.

Invisibiles, qui docent nullam Eccleſiam eſſe viſibilem, ſiquidem ſolus Deus nôrit, qui ſint ipſius. Ità 14.

 Lu-

Luterus & Melanchthon initiò, vt eſt in Apologia Auguſtanę Cõfeſsionis. Sed hunc errorem licèt ipſi tacitò retractârint, eum nihilominùs retinent Illyricani, Suencfeldiani, Oſiandrini, Anabaptiſtæ.

II. SECVNDA SECTA CONFESSIONISTARVM, in qua ſunt (vt ſuprà dictum eſt) molles illi philoſophi, & Vuittenbergenſes Theologi. Qui ἐλικοὶ volunt & manſueti, hominesq́; præ cæteris (ſunt enim ſectarij pleriq; om̃es ſeditioſi) cordatiores videri, & quoquo modo, cum omnibus alijs ſectis, pacẽ colere: ſicut quondàm Melitiani & Rhetorij.

Molles Cõfeſsioniſtæ.

1. BIBLIISTAE, qui aſſeuerant, nihil recipiendũ, legendumq́; aut ꝓponendum populo in Eccleſia, vel in ſcho-



ſcholis iuuẽtuti, præter ſolũ ac nudum textũ Bibliorũ: interpretatiõe opùs non eſſe, qa omnes ſimus diuinitùs à Deo edocti. Ità ſcribit Melanchthon ad Georgiũ Spalatinũ in p̃fatiõe in Apoſtolorũ Canones. Item nec diſcẽdas eſſe vllas Philoſophiæ artes, cùm Paulus vetet inanẽ Philoſophiam ſectari: cõtraq́; qa ſcriptũ à Moſe, vt homines veſcant̃ in ſudore vultûs ſui pane ſuo. Quamobrẽ, cùm Luterus in ſua eſſet Patmo, perſuaſerunt Carolſtadius & Philippus Vuittẽbergenſibus ſcholaſticis, vt cõbuſtis humaniorũ literarũ libris, ſibi quiſq; cõueniẽs aliquod aſſumeret mechanicũ opificiũ. Fecerũt pleriq; quod erat ſuaſum. Carolſtadius in proxima quadam villa Vuittẽbergenſis agri, agricola factus eſt & ruſticus:

Philippus verò in piſtrino pin-
ſendi artem meditabatur. Hoc tã-
torum Theologorum decretum,
fusè longeq; dimanauit in pleraſq;
vrbes Germaniæ. Et vt reliquos ta-
ceam, ſcimus Vratiſlauiæ & Suid-
niciæ in Sileſia biennium ludos li-
terarios occluſos fuiſſe, & planè ex-
tinctos: nec quicquam ab iſtorum
ſectariorum diſcipulis lectũ, præ-
ter textum ſacræ ſcripturæ.

Extant hodieque eius rei teſtes ſuperſtites.

2. ADIAPHORISTAE, qui Eccleſiæ &
Conciliorum legitimas Cõſtitu-
tiones & Cæremonias dicunt res
eſſe indifferentes, quas ſiue obſer-
ues, ſiue violes mutésve, te nihil
peccare. Ità Vuittẽbergenſes & Li-
pſenſes Theologi in ſuo Lipſico
INTERIM.

3. TRISACRAMENTALES, qui tria tã-
tùm Sacramenta recipiunt, Bapti-
ſmum,



ſmũ, Cœnã Domini, Abſolutionẽ.
Ità in Lipſenſi diſtrictu eſt praxis.

QVADRISACRAMENTALES, qui re- 4.
cipiunt quatuor Sacramenta, Ba-
ptiſmum, Cœnam Domini, Abſo-
lutionem, Sacerdotium. Ità ex Lo-
cis communibus Philippi Melan-
chthonis tenetur in Vuittenber-
genſi diſtrictu.

LVTEROCALVINIANI, q ſimulãt, 5.
bellè Luteranis cum Zuinglianis
conuenire in re Sacramẽtaria, co-
nanturq; hominibus perſuadere,
eſſe tantùm logomachiam, nõ de
re certamen. Vide de Cœna Do-
mini librum Iacobi Smidelini cly-
peati. Vide etiam Nicolaum Amſ-
dorffium in ſua Confeſsione, qui
fraudem iſtam Smidelini grauitèr
repræhendit.

SEMIOSIANDRINI, qui affirmant 6.

T 5 con-

cõtra Oſiandrũ ꝓ Antoſiandrinis, in hac vita imputatiuè haberi hominẽ iuſtũ: viciſsimq́; cõtra Antoſiãdrinos ꝓ Oſiãdro affirmant, in futura vita oportere hominẽ eadẽ iuſtitia, qua Deꝰ eſſentialitèr iuſtus eſt, iuſtũ re ipſa fieri. Ità ſentiũt Tubingeñ Theologi. Vide Ducis Pruſſię librũ de hac Oſiãdri cõtrouerſia editũ, & ipſiꝰ Brẽtij Epiſtolã ad ſuũ principẽ de eadẽ controuerſia ſcriptã, editãq́; Vuittẽbergę anno 1552.

7. Maioristae, qui negant vllum hominem (etiam infantes) iuſtum fieri poſſe, aut vnquàm ſaluatum fuiſſe abſq; bonis operibus præcedentibus. Georgius Maior in multis aduersùm Illyricum ſcriptis.

8. Poenitentiarii, qui ſeptẽ craſsiſsimos errores immiſcuerũt doctrinæ de Pœnitentia. Illyricus ſic


ſic accuſat Vuittenbergenſes & Lipſenſes Theologos in ſuo ſcripto contra Euãgelij corruptelas edito, anno 1559. in oppido Ienæ, cuius hic eſt titulus: Bericht M. F. Illyrici von etlichen Artickeln ꝛc.

Novi Pelagiani, qui affirmãt poſſe hominem ſe ad recipiẽdam gratiã Dei ex puris naturalibus viribus diſponere. Ità Illyricus accuſat Melanchthonẽ in eodẽ ſcripto, & Amſdorffius in ſua Cõfeſsione. 9.

Syncretizantes, q̃ ſuadent oĩbus alijs ſectis, vt ſimulent ſaltẽ intereà domi pacẽ, qñ verã cõcordiã inire nõ queant, vt more Cretenſis populi, eo coniunctioribus armis ſuos cõmunes hoſtes (Papiſtas nimirùm) inuadere poſsint atq; ſuperare. Ità ſcribit ac docet Melanchthõ in ſuo cõtra Staphylũ libro. 10.

TER-

III. TERTIA CONFESSIONISTARVM SECTA, in qua ſunt Extrauagantes: qui tametſi doctrinam Auguſtanæ Confeſsionis non obſcurè oppugnēt, tamē greges iſtorum prophetarum ſub Auguſtanę Confeſsionis prætextu ſe pro Luteranis gerunt.

Extrauagātes.

1. SVENCFELDIANI hactenùs vnius propè opinionis fuerunt: iam autem cœperunt etiam ipſi ſcindi in diuerſas partes. Aliud enim de eiſdem dogmatibus ſentiūt Vratiſlauienſes Suencfeldiani, dum hoc in Suencfeldio probant, illud reijciūt: aliud Suidnicenſes, qui eos Suencfeldianos, qui Baptiſmum appellabant ein Sewbad, id eſt, ſuillum balneum, reprobant: aliud Glogouienſes, qui ſuo etiam ſpiritu metiuntur ſcripta Suēcfeldij. Sed pro-

pria



pria hæc & ſummatìm dogmata eius hominis ſunt: Humanam naturam Chriſti, eſſe genituram ſpiritusſancti, non Dei creaturā, quaſi medium quiddam inter Creatorē Deum & creaturā hominem, hac tamen ratione, quòd eadem Chriſti humanitas poſt eius in cælum aſſcenſionem omninò Deus effecta ſit. Ità ipſius legatus nō obſcurè, & libri, quos cuidam Auguſtæ nupèr offerebat, copioſè teſtantur. Item ꝙ ea iuſtitia, ea ſapientia, ea charitate, eisq; om̄ibus virtutibus, quibus Deus eſsentialitèr prẹditus eſt, quilibet homo ſit etiam ex pari dignitate & modo præditus, atque hac ipſa diuina natura Deus. Item quòd energia illa, quæ eſt in verbo Dei prædicato, ſit ipſe DEI filius ἴδιος, &c. Sic ille in libro de duplici

ſtatu

ſtatu Chriſti, de vero Euãgelij vſu, & alijs multis ſcriptis, quæ obtulit cuidam. Multa ſanè non malè ille quidem, ſed hæc & pleraq; non rectè, vir nõ ità malitioſus, quàm parùm eruditus in vera Theologia.

2. Osiandrini, qui aiunt Chriſtũ iuſtificatorem eſſe humani generis iuxta ſolam ipſius diuinam naturã, excluſa humana: item ꝙ hominẽ Chriſtianũ prorſus eadem iuſtitia, qua Deus eſſentialitèr iuſtus eſt, iuſtum eſſe oporteat: item Chriſtum vnigenitum Dei filiũ iuxta vtranq; naturã, quemadmodùm in matris vtero fuit, eandem eſſe imaginem, ad quam vel ſecundùm quam primus homo conditus ſit. Itaq; cùm in Baptiſmi Sacramento homo Chriſtũ induat, ſecundùm memoratã vtranq; naturã, eandem illum efficí



effici imaginẽ ſpecie, nõ numero, vt ſolent eruditi dicere. Id enĩ eſse, Chriſtũ veniſse in carnẽ, vndè D. Iohãnes agit. De hoc ipſo themate, nẽpe Chriſtũ veniſse in carnẽ, Luterus anno 1536. Smalcaldij, vbì tum fœdus initũ eſt, ad Proteſtantium ſtatus & ordines concionem habuit, & D. Iohannis verba ità interpretatꝰ eſt, quaſi idcircò id factũ ſit, vt Chriſtus iuſtitiam ſuam non nobis intùs cõmunicaret, ſed foríſecùs imputaret, adeò vt nõ ſecundùm hominẽ interiorẽ re vera ex iniuſtis iuſti efficeremur, ſed ſolùm imputatiuè corã Deo iuſti haberemur, vti olim Lacedęmões Alexãdrum Magnũ in Deorũ numerum retulêre verbis eiuſcemodi: Alexãder vult eſse Deus, Deus eſto: ſitq; Alexander qdẽ habitus ꝓ Deo, nõ tamẽ 1. Iohan. 4.

tamen fuerit Deus. Aitq; Luterus, hoc eſse immobile fundamẽtum, ſuper quo fœdus Smalcaldicũ, in eiuſdem Euangelij defenſionem, meritò & poſsit & debeat conſtrui, erigi, atq; conſtitui vel abſolui.

Atqui cùm non multò pòſt cõcionandi ordo ad Oſiandrum tandèm deuolutus eſset, eodem ille themate vſus quidem eſt: ſed pro eo, quem ſuprà diximus, intellectu ſuo, ità illud interpretatus eſt, vt cũ Lutero prorſus è diametro pugnaret: videlicet homini eſsentialem Dei iuſtitiã, quæ ex antedicta Dei imagine (quam Chriſtum vocat) prománet, inſeri, atq; ad extremũ, quanuìs tectè, id ſignificare voluit, hanc doctrinam multò etiam magìs, quàm ipſius Luteri, verum eſse Euangelij theſaurũ, cuius nomine & fœ-



& fœdus & bellum Smalcaldicum tum iniri ac ſuſcipi, tũ quoquè cõfici deberet. Hæc nimirùm Oſiandri concio id temporis eo loci fermè poſtrema fuit, vt ipſius Melanchthonis propria manu planum fieri poteſt. Ità ergò Luterus Iuſtificationis ſuæ fundamentũ voluit eſſe Relationem, quæ (vt ipſius typis excuſa diſputatio habet) minimum entitatis, id eſt, nihilum eſt: At cõtrà Oſiander fundamẽti loco conſtituit diuinam eſſentiam, quę eſt ſimul omnia.

Super hoc arenoſo duarum falſarum atq; pugnãtium & contrariarum opinionum fundo, deindè Smalcaldicum fœdus confirmatũ eſt, vndè porrò cõſecutum eſt bellum illud funeſtum & perniciale, quod Germaniæ damna grauiſsi-

ma immanemq; vaſtationem, & multorum millium hominum internecionem attulit: Atq; tum res ipſa & experientia ſatìs ſuperq; docuit, quàm vera fuerit Luteri prophetia, quandò is anno 1545. in libello quodam ad duos inſignes principes de inferioris Germaniæ numiſmate quodam &c. vt infrà referetur, fœderatis omnibus fide ſua interpoſita ſignificauit, meritò illos ex hac imputatiua iuſtitia victoriam Brunſuicēſem & ſalutem ſempiternam apud Deum omnipotētem certò hilariterq; ſibi poſſe polliceri. Verùm quantùm ad ſæpedictum Oſiandrum eiusque doctrinam pertinet, ſuprà dictam eius opinionem in libello illo cernere eſt, quem anno 1550. hoc titulo edidit, De imagine Dei. Sunt plu-

Vide Michaelis Rottings, ludimagiſtri Norenbergẽ libellũ contra Oſiandrum.



plures alij Oſiandrinorum articuli, qui hîc breuitatis cauſa reticentur. Vide Oſiandri Diſputationem anno 1549. Regiomonte habitam, & eius confeſsionem publicam, editam Regiomonte Anno 1550.

3. STANCARIANI, qui contra Oſiādrum vehementèr vrgent & aſſeuerant, Chriſtum eſſe iuſtificatorẽ iuxta ſolam naturam humanam, excluſa diuina. Ità Stancarus & publicè dixit, & ſcripſit contra Andream Muſculum Frācofordiæ ad Oderam.

4. ANTISTANCARIANI, qui vt Stancari iſtam opinionem refutarent, aſſeruērunt adeò Chriſtũ iuxta vtranq;, hoc eſt, & diuinam & humanam, naturam iuſtificatorẽ

 eſſe,

eſſe, vt non dubitent contendere, diuinam Chriſti naturam vnà cũ humana in cruce mortuã eſſe. Ità Muſculum ſentire, editũ ipſius de ſententia Luteri Schediaſma teſtatur, & de eadem iſta ſententia Heluetiorum damnatio, ſicut recenſet ſcriptum Petri Statorij Galli, editũ hoc anno 1560. Pinczouiæ in Polonia.

5. NOVI PELAGIANI, qui dicũt nõ eſſe in paruulis peccatum originale, ſed eſſe morbum quendam non morte damnandum. Ità Zuinglius in libello de Baptiſmo contra Vrbanum Regiũ. Item quòd Numa, Cato, Scipio, & ſimiles præſtantes viri ethnici, quãuìs caruerint vera fide venturi Chriſti, ſaluos tamen factos virtute legis naturæ. Idem Zuinglius ibidèm, & Luterus Zuinglia-



glianis hoc exprobrans in vltima ſua Cõfeſsione de Cœna Domini.

NOVI MANICHAEI ſunt & fuerunt varij authores hoc ſeculo noſtro, primus Luterus, dein Melanchthon & Caluinus, multiq; præterea alij, Amſdorffius, Illyricus, Gallus, Beza, Weſtphalus. Luterus & Melanchthon volunt, quòd oĩa tam mala quàm bona, eueniant ex abſoluta neceſsitate, adeoq; quòd Deus ſit non ſolùm cauſa peccati permiſsiuè, ſed effectiuè etiam. Luterus in aſſertionibus & Reſolutionibus, Melanchthon in Annotationibus in Epiſtolam ad Romanos. Item quòd adulterium Dauidis, & ſæuitia Manlij, & proditio Iudæ, æquè ſint DEI opus, atquè ipſa Cõuerſio Pauli. Melãchthon in Annotationibus in Epiſtolam 6.

ad Romanos. Melanchthon quidem hoc dogma retractauit, vt videre eſt in vltima editione Locorũ communium: Luterus verò manſit pertinax in errore, quem etiam nunc pertinaces ſequuntur omnes Luterani Rigidi, Illyricꝰ, Amſdorfpus, Gallus, & alij.

7. MANICHAEI & MARCIONITAE CALVINIANI, qui hæc iſta quæ ſequuntur, & in Deum, & in omnes creaturas blaſphema ſpargunt, authore Iohanne Caluino. Quorum hæc dogmata nupèr in lucem edita ſunt: Quòd Deus potiſsimè creârit genus humanum ad perpetuã damnationem & interitum: quòd Deus Adam creârit non modò vt interiret, ſed etiam quòd illum ab æterno ad exitium prædeſtinârit, ideoque illum neceſſariò peccare oportuerit: Quòd peccata quę homines faciunt, non modò DEVS permittat fieri, ſed etiam fiant DEO volente & impellente: quòd omĩa peccata, quæ fiunt ab hominibus, ſint omninò opera DEI ſimpliciter: Quòd nullum furtum, nulla ſcortatio, nullum adulteriũ fiat ab homine, quod DEVS non efficiat in homine: Quòd & lex Dei, & voluntas DEI, ſæpè ſint inter ſe contraria: Quòd diabolus, iubẽte & volente DEO, mentiatur in cordibus humanis: Quòd Deus non ſolùm cauſa ſit omnis mali, ſed etiam quòd hominibus, vt mala operentur, malas cogitatiões in cordibus illorũ inſpiret, adeoq; vt nõ hoĩes peccent, ſed Deus ſit efficiens & volens peccati. Vide librũ Iohãnis Caluini de Prędeſtinatiõe,

& defenſionem Theodori Bezæ pro eodem Caluino.

## IN QVIBVS ARTICVLIS CONFESSIONISTAE Succeſſores Luteri, ſint ac maneant concordes.

HActenùs ſanè ex ſectariorum, quos recéſuimus, diuerſis gregib⁹ ſatìs apertè cerni poteſt, quàm inter ſeſe, & quibus de rebus digladientur. Nam ſi omnes Auguſtanę Confeſsionis Articulos diligenter inſpexeris, reliquos illi cunctos iá pridèm perpetua diſſenſiõe intellectuq́; contrario penitùs conuulſerunt. Hos autem paucos ſaltem retinuerũt vnanimi conſenſu oẽs, Quorum hic

1. Primus Articulus eſt, quòd ſectæ oẽs volunt nunc vocari homines


mines Euangelici: quòd oẽs gloriãtur ſe purum amplecti verbum DEI & Euangelium, & ſymbola Apoſtolicũ & Athanaſianum: ꝙ verbum Dei ſit per ſeſe ſatìs clarũ atq; apertum, nec vlla egeat interpretatione: quòd licitum ſit mulieribus æquè ac viris, Laicis nõ minùs quàm ſacerdotibus, tractare verbum Dei: & quicunq; ſcripturę ſenſus cuiq; placuerit, eum ꝓ ipſo Dei verbo habere atq; defendere.

Secundus Articulus eſt, in quo omnes concordes ſunt, quòd vniuerſi pari ſtudio ac odio oppugnãt Eccleſiam Catholicam: Quòd nullum admittunt Catholicum ſcripturæ ſacrę intellectum: Quòd oẽs habent Romanum pontificẽ pro Antichriſto: Epiſcopos, Prælatos, Sacerdotes, pro membris Sathanę: 2.

Quòd om̃es nullam ferunt Eccle-
ſiæ conſtitutionem, nullas Eccle-
ſiæ Catholicæ cæremonias: Quòd
omnes ęquè oderunt & oppugnãt
ſacrificium Miſſæ: Quòd omnes
conantur ex Eccleſia omne ſacer-
dotium profligatum atque ſub-
latum.

3. Tertius Articulus eſt, in quo cõ-
cordant vniuerſi Sectarij, ꝙ pleriq;
omnes Sectarum duces quædam
confingunt de Catholicis Docto-
ribus mendacia, quæ perſuadeant
imperito populo eſſe doctrinam
Papiſticam. Exempli gratia: Com-
miniſcũtur Papiſtas docere, ꝙ ho-
mines poſſunt gratiam Dei, iuſtifi-
cationisq; beneficium mereri ſolis
ſuis bonis operibus. Hoc & gene-
ris eiuſdem pleraq; iam ità perſua-
ſerũt populo, vt etſi nemo Catho-
lico-



licorum vnquàm ſic docuerit, ta-
men eam abſurditatem ponant
tanquàm certum Papiſticę doctri-
nę fundamentum.

Quartus Articul⁹ eſt, in quo etiã 4.
concordant vniuerſi Sectarij, ſcili-
cet quòd ſit Papiſtica carnificina &
impietas, peccata enumerare & cõ-
fiteri, vllam ſatisfactionem ſuſci-
pere, bonis operibus ex Dei gratia
profectis vitam ęternam velle me-
reri: ꝙ Confirmatio, Matrimoniũ,
Extrema vnctio, humana inuenta
ſint, non Sacramenta Eccleſię. Cõ-
cordãt etiam in hoc, ꝙ nemo poſ-
ſit cõtinere, & nec minùs quidem,
quàm ſaliuam nõ expuere, vt ipſis
Luteri verbis vtar: & quòd certis
diebus ieiunare, ſit cultus dæmo-
niorum. In hiſce Auguſtanæ Cõ-
feſsiõis, quintiq; Euãgelij articulis,
ſunt

ſunt omnes huius ſeculi noſtri ſe-
ctæ concordiſsimæ: in reliquis ve-
rò plùs quàm Cadmæi fratres ri-
xantur.

## LOCA, IN QVIBVS AVT PALÀM HABITENT, AVT clàm verſentur ſupradicti Sectarij

ANABAPTISTAE liberè habitant & manifeſtò quidem in oriẽtali & occidentali Friſia, in Pruſsia, maximeq; circa Gedanũ vel Dãtiſcum, Elbingam, & Regiomontem, itẽ in Morauia & Bohemia, quanquàm hîc rariores, illic frequentiores: ſparsìm tamẽ & clàm, prætextuq; Luteranicæ communionis, ad Rhenum, in Belgio & Hollãdia, & iam ad Danubium & in Sileſia frequentes verſantur.

ZVIN-



ZVINGLIANORVM verò latè patet regnum, & vltra ſectas omẽs ſanè latiſsimè. In Heluetijs eñ ſex potiores pagos occupauerunt, & partẽ quandam Sabaudię, & Geneuam, Angliam quoquè & Scotiam non minima ex parte tenẽt: quin & Palatinum Rhenenſem cœperunt nunc clàm inuadere, & Vuirtẽbergenſem DVCATŨ. Auguſtæ Vindelicorum ſimulatur Luterus quidẽ, ſed re ipſa regnat & viuit Zuingli⁹ & Caluinus: qui etiam in Polonia & Gallijs & in nonnullis Hungariæ locis potens eſt & ſatellites habet: Nec Vuittenberga prorsùs, nec Lipſia exulat Zuinglianiſmus.

RIGIDI ET STOICI CONFESSIONISTAE Vinariẽſe territoriũ obtinuerunt, & maximam Saxoniæ partem, Magdeburgum, Brunſuicum,

cum, Luneburgum, Lubecã, Hamburgum, Bremam, & Daniam penè vniuerſam, & Holſatiam, maximamq; partem Megaloburgenſis Ducatûs, & in Bauaria vrbem Ratiſponenſem.

Molles verò & Melanchthonici manifeſtò dominãtur in Miſnia, in potiore parte Franconiæ, & Norinbergæ, tum in Palatinatu ſuperiori & inferiori, tũ in aliqua etiam parte Sueuiæ, Vlmæ, & in Ducatu Vuirtenbergenſi & Marchia. Sed mixtìm in his: alij enim Flacciani eſſe mâlunt, alij Melanchthonij atque Adiaphoriſtæ: in Sileſia autem, præſertim Vratiſlauiæ & Brigæ, potiores partes tenẽt Vuittenbergenſes.

Svencfeldiani ſanè in Sueuia


Sueuia & Auguſtę Vindelicorum, clàm illi quidem, ſed frequentes tamen deliteſcunt: in Sileſia inter nobiles manifeſtò, nec obſcurè Suidniciæ, nec occultè Glogouiæ.

Caput extulerũt Oſiandrini in ea Pruſsiæ parte, quam Albertus Marchio habet, aguntque palàm, clàm Norinbergæ. Stancariani in minori Polonia & Tranſſyluania. Pollulant enim hæ Extrauagantes, tanquàm adhuc minorum gentium familiæ, mox caput prolaturæ, cùm incendium fuerit vulgi flatibus expoſitum. Vſquequò Domine iraſcéris in finem? accendetur velut ignis zelus tuus? Effunde iram tuam in gentes, quæ polluerunt ſanctum templum tuum: nec memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: citò anti-

anticipent nos miſericordiæ tuæ; & fac nos omnes idē ſapere, eandē habere charitatē, vnanimes idem ſentire, nihil p contentionē, neq; per inanem gloriam, ſed in humilitate agnoſcere te vnū verū Deū, & quem miſiſti IESVM CHRISTVM, Amen.

Hic Sectarum CATALOGVS iam aliquotiès typis excuſus eſt, atq; paſsìm diſtractus & lectitatus eſt: & licèt id Sectarios omnes cumprimìs malè habeat, nullis tamen perindè dolet, atquè Smidelinianis. Hi enim præ alijs Sectis longiùs animo circunſpiciunt, neque non intelligunt, immanem hanc Luteranorum diſſenſionem tandèm exitium & interitum quinto Euangelio allaturam. Verùm vtcūquè ſurſum ac deorſum ſe iactet Smi-


Smidelinus, velit nolit, non poteſt ille non confiteri, Luteranos, qui ſe Euangelicos dicunt, hæreticas, virulentas, improbas, easq; innumeras inter ſe habere & fouere ſciſſuras & ſchiſmata, quę vſq; adeò in ſeipſis pugnantes ſint contradictiones, vt nunquàm inæternū conciliari queant. Vndè id citra vllam ambiguitatem cōficitur, quandoquidem malum ſeipſum deſtruit & conſumit, porrò hæretica diſsidia & ſchiſmata in ſe mala ſunt, ea igitur hanc ob rem tandèm ſeipſa conſumptura atq; in nihilum redactura eſſe. Nota.

Quàm verò miſera illa conſolatio eſt & elumbe ac ficulneū Smidelini argumentum, dum is ità exclamat: En, Euangelica doctrina non modò non peſsùm it, vt Pa- Vana Smidelini conſolatio.

 piſtæ

piſtę ſperant,ſed in dies paſsim in-creſcit,atq; in toto orbe Chriſtiano propagatur, illis etiam in locis, vbi nunquàm anteà vlla fuit mentio Euangelij. Quàm ſit hęc vera & magna in ſeipſa conſolatio,ipſius Smidelini conſcientia iudex eſto. Niſi enim planè caudex ſit & lunaticus,mentisq; inops,atq; ex poteſtate exiêrit, fateri ille cogit̃, haſce nouationes & immutationes,quæ iam vltrò citroq; exiſtunt ac emergunt,vt ijs vetus religio aboleatur, non poſſe purum putum Euangelium appellari. Non tam planè ſtupidi & imperiti ſunt Smideliniani, vt ipſis clàm ſit,cuiuſmodi doctrina Euãgelica in Gallijs, in Anglia, in Scotia, in Polonia oriatur. Si verò id illi ignorant, equidem eis referam: Doctrina illa partìm Zuingliana,



gliana, partìm Caluiniana, partìm Laskonica, partìm Anabaptiſtica, atq; omninò ſatanica & hæretica eſt.

Et quanuìs Smidelini dogma non multo præſtabilius ſit, at tamen in libris à ſe palàm editis cõfitetur,ſe horum dogmatum nullum habere pro Chriſtiano & Euangelico. Atque reuerà ſi cum Brentianis eadem illi ſententia eſt,damnet oportet & execretur, Brentij inſtàr, Zuinglianam, Caluinianam,Anabaptiſticam & Stãcarianam doctrinam, non ob SACRAMENTA duntaxat, ſed permultos etiam alios articulos,præſertim Iuſtificationis & Fidei articulum. In libello contra Staphylum.

Hîc iam Smidelinus ad ſuę Cõ-

 ſcientiæ

ſcientiæ tribunal ſe recipiat, atq; illic ex ſeipſo percontetur, num putet Euangelium à Lutero profectũ & excitatum, ſuis augeſcere incrementis, vel potiùs in dies in ſexcẽtas diſtractum ac diſsipatum particulas, adeò demùm ad nihilũ redigi, vt propemodùm nec caput, nec cauda, neq; pili, neq; cutis illi ſupereſſe videatur. Quòd ſi ipſus huic inquiſitioni ſuæ non poteſt ſatisfacere, Theologos Vinarienſes conſulat, qui hac de re probè ipſum inſtituent, & quanuis non abſq; magno animi dolore, at intrepidi tamen dicẽt, Luteri doctrinam & Euangeliũ nuſquàm proh dolor purius & incorruptius permanſiſſe, atquè in Vinarienſium principum ditione. Vbi eſt igitur prçclara Smidelini conſolatio, vbi trium-


phus & exclamatio, Luteri Euangelium magìs magisq; in orbem Chriſtianum in dies diffundi ac propagari?

Itidèm ſuos cõſectarios etiam hac inſtantia Smidelinus ille conſolatur. Quandoquidem inficiàs ire non poteſt, hæretica apud illos ſchiſmata extare, idem ille in Catholicos retorquet, aſſerens apud Papiſtas quoquè Sectas reperiri. Alios enim monachos atris vti cucullis, alios cinericijs, alios candidis, hos veſci carnib⁹, illos piſcib⁹: quoſdam pecuniam non reſpuere, alios eam non admittere: pleroſq; ſuccinctis, nonnullos prolixis vti Breuiarijs. An non egregium ac perniciosum hoc eſt Papiſtarum diſſidium? Si quidem noſtri Theologi hæc atq; eiuſcemodi ſcriberent, quibus

Altera fallax Smidelini cõſolatio

Libro cõtra Catalogũ.

Smidelini inſulſa confirmatio.

quibus illi ſannis, quo riſu exciperentur? At Euangelicis pręconibus non ſolùm iſthuc vitio vertere fas non eſt, ſed etiam tam excellentis virtutis & eruditionis nomine celebrare ac laudib⁹ ornare eos oportet. Quod etſi miſerum eſt, iuſtáq; querelam habet, quandò tamen quibuſdam ſic viſum eſt, æqui boniq; id vt conſulamus ac diſsimulemus oportet. Atquì vt nos Chriſtiana religiōe initiati è Paulo didicimus vnum agnoſcere Deum, Ephes. 4. ità etiam vnam fidem, vnumq; Baptiſma vt amplectamur & profiteamur oportet. Quãuìs igitur inter monachos & DEO dicatas virgines multiuaria inſtituta vel ordines ſint, itemq; inter ſeculares & eos q in Clero numerantur, non abſque certa Dei prouidentia & munere varij



varij ſint ſtatus ac multigenæ vocationes, at nihilo minùs in his oībus non eſt niſi vnus Deus, vna fides, vnus Chriſt⁹, vna Eccleſia, vna atq; indiſsimilis ſcripturæ diuinæ interpretatio. Nos quidem ex vero diuini verbi intellectu hanc Catholicæ fidei & priuatæ ſpei differentiam in Eccleſia docti ſumus, primò, in Articulis fidei per oĩa ſemper & vbiquè concordiam & harmoniã retineri ac credi oportere; ac è diuerſo cuilibet homini id permitti, vt bona ductus conſcientia in ſuæ ſpei (cui magna eſt merces propoſita) confirmationem, Heb. 10. peculiarem quãdam honeſtæ conuerſationis rationem modumque aſſumat, qui ipſius naturæ accommodus ſit, etiamſi ille ab aliorũ hominum vita & ſtatu diſcrepet.

Itaq; de fidei cõcordia ſic apud Apoſtolum legere eſt: Si qua ergò conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatiũ charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritûs, ſi qua viſcera miſerationis: implete gaudium meum, vt idem ſapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes, idipſum ſentientes: nihil per contentionem, neq; per inanem gloriam. Atq; alio loco: Veruntamẽ ad quod peruenimus, vt idem ſapiamus, & in eadem permaneamus regula.

Phil. 2. Phil. 3.

Eiuſcemodi ſentẽtiæ in ſcriptis diuinis innumeræ habentur, quibus admonemur, doctrinam fidei non ad perſonam referẽdam eſſe, ſed ad Chriſtianæ Eccleſiæ cõmunitatem. Quamobrem D. Iacobus vetat, nè in perſonarum acceptione habeamus fidem Domini noſtri

Iacob. 2.



ſtri IESV Chriſti. Vndè poteſt liquidò animaduerti, fidei conſonãtiam & conſenſionem ſuper Catholicæ Chriſti Eccleſiæ communitate conſtructam, & ſchiſmata omnia indè prorſus excluſa eſſe: itemq́; donorum & iugi diuerſitatem, ad cuiuſq; perſonæ conditionem & facultatem referri oportere. Sed cur hoc? Quòd ſicut in vno corpore multa ſunt membra, omnia autem membra non eundem actum habent, ità & Chriſtiani omnes vnũ ſint corpus in Chriſto, ſinguli autem ſua peculiaria dona habeant, ſuamq́; peculiarem vocationem & functionem, secũdùm gratiam ſingulis datam. Idem ipſe Apoſtolus, cuius hæc ſunt, etiam alibì ſic ait: Opus autem ſuũ probet vnuſquiſq;: & ſic in ſemet-

Rom. 12. Gal. 6. Roma. 2. & 14. 2. Cor. 5.

 ipſo

ipſo tm̃ habebit gloriã,& nõ in altē ro. Oẽs eñ ſtabimus ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; ꝓpria corporis ꝓut geſsit, ſiue bonũ, ſiue malũ. Qñ ergò duo hæc, putà fidei vnitas & conſenſio, & perſonarum diſparitas, in Dei Eccleſia Catholica ex rationis præſcripto ratione quadam adhibita moderanda ſunt, & ſuo quodq; loco rectè atq; ordine ſeruandum eſt, incredibilē ſanè id admiratiõem habet, vndenàm Luterani cõcionatores eum ſint mutuati Stellionatum, Catholicos vt compellere velint, libera vt cuiq; ſectario ſit apud Catholicos quidlibet credendi, & ſectas oẽs pro ſua libidine in vulgus ſpargẽdi poteſtas, vtq; id Catholici prorſus diſsimulent. Porrò è diuerſo vt apud Luteranos id liberũ nõ ſit, ſed vnuſ-



vnuſquiſq; princeps & Dñs ſubditos ſuos ſpiritales & ſeculares, monachos & ſacras virgines eò poſsit adigere, vt quod ipſe Euangelicũ faſq; putet, id ipſi quoquè credere compellant. Ecquid verò hoc eſt aliud, q̃ quod in Catholica fide vnũ eſſe debet, id velle eſſe diuerſũ: quod in perſonis diuerſum eſt, eſſe vnũ & idẽ? O horrendã cõfuſionẽ.

Si quidẽ ꝑter hoc ex multis, iiſdemq; manifeſtis & immanib⁹ factis & geſtis, q̃ & Dei verbo & rectę ratiõi planè repugnent, abundè ꝑpendere nõ liceret, q̃ ꝑniciosa, turpia & impia ſint Luteranorũ cõcionatorũ dogmata & machinatiões, vel ex hoc ſolo tñ ꝓpemodùm id poſſet intelligi, q̃ duo hęc, Idẽ & Diuerſũ, tã miſerè cõfundũt, dũ docẽt qcqd in fide cõſonũ & cõcors eſt, id

id diſtrahi ac diſcrepare debere: q̃ verò in ſingulorum hominũ operibus diſcreta ac diſtincta ſunt, ea omnia vno atq; indiſsimili modo ſeruari oportere.

Vndè quæſo natũ eſt bellũ ruſticorũ in Germania, ſeditio Anabaptiſtarum in Weſtphalia, & rebellio aduersùs Magiſtratus? Non aliundè ſanè, quàm quòd Luterus & omnes hæretici concionatores, hominesq; ſeditioſi & docuêre & docent atq; ſcriptitãt, quandoquidem nõ eſt acceptio perſonarum apud Deum, eam ob rem neq; vllum eſſe diſcrimen & differẽtiam perſonarum, nullum in Eccleſia magiſtratum, ſed Chriſtianos oẽs eſſe liberos, proptereaq; etiã alios omnes diſtinctos ſtatus & dignitates, tam in exiguis, quàm magnis virtu-

Epheſ. 6. Vide Tabulam de Genealogia Luteri.



virtutibus, pares eſſe debere.

Vndè etiam immania illa Religionis diſsidia & ſchiſmata proficiſcuntur, niſi ex hoc ſolo, quòd Luterani conſonam vnitatem & concordiam à Catholica fide auferunt, contraq; docent, vnumquẽlibet ſua priuata fide, quam ipſe ſibi effingat, ſaluum fieri, iusq; fasq; ipſi eſſe pro ſua perſona quicquid libitum ſibi ſit, credere? Vndè id demùm iam conſequitur, quòd Catholicos compellere volũt, Stellionatum vt inſtituãt, quô liberum ſit cuilibet quaſlibet Sectas, factiones, ſeditiones contra fidei vnitatẽ & concordiam excitare, atq; è diuerſo contra diſcrimen illud, quod eſt inter ſublimes & humiles tum ſpiritales, tũ ſeculares vel prophanas perſonas, quandam introducere

re æqualitatem. Hoc ſi nõ eſt cælũ & elementa oĩa impugnare, equidem quid ſit cælum & elementa, ignorare me fateor. Algor ſeu frigus, quod ex aqua ſuã habet originem, eius naturę eſt, vt res om̃iuarias in maſſam quandã contrahat atq; cõſeruet, putà, aurũ, argẽtum, æs, ſtannum, plumbũ, quin etiã bitumen, cœnũ & ligna: porrò è cõtrario caloris ea natura eſt, vt hæc oĩa reſoluat & ſeparet. Ità nimirùm etiam fidei ea indoles eſt, vt populos omnes & om̃e hominum genus, nobiles & ignobiles, dominos & ſubditos, viros & fœminas, diuites ac inopes, in vnã eãdemq; verbi diuini intelligentiam coadunet. Cõtrà verò neceſsè eſt, vt ſingulis pro ipſorũ perſona liberũ ſit, pro viriũ ſuarum vel imbecillitate vel



vel firmitate opera charitatis exequi, talentum ſuum probè collocare & expendere, iugumq; ſibi impoſitũ pro viribus ferre æquo animo, hacq; ſpe ſeſe erigere & cõſolari, Deum, iuxta verbum ſuũ vnicuiq; ꝓ mẽſura & quantitate operũ eius, quæ in vera fide & charitate peracta ſint, mercedẽ redditurũ. 2. Cor. 5. & alijs locis innumeris ſcripturæ diuinæ.

Iam ergò ſi Smidelinus, non dicam, vir doctus, ſed homo ratione præditus ſit, cogitare ille ac nòſſe debet, permultùm intereſſe inter numerum & menſuram, inter cõmunẽ naturã & ſingulas perſonas. Atq; indè veteres ſancti patres ità ſtatuerũt, ꝙ gratia Dei neq; naturę debeat, neq; pſonę. Quid ità? Quia Deus nulli qcquã debet. Non poteſt igitur id non vehementer abominabile eſſe apud Deum, quòd Luterani

Luterani fidem, quæ ad Chriſtianorum omnium communitatem pertinet, in ſpei locum ſubſtituūt: atq; rurſum priuatam cuiuſq; hominis ſpem & fidutiam, in Catholicæ fidei locum reponunt.

Smidelinus, latinè faber ferrari⁹ poteſt reddi.

At verò Smidelinus quadam fabri ferrarij vſus, ruſticitate cū malleis & forcipibus huc irruit, nosq; docere molitur, perſonarum diſsimilitudinem ad fidei vnitatem & concordiam referendam eſſe, atq; è diuerſo ipſorum diſſectam ac diſtractam fidem, (quam ipſi ſuam cuiuſq; in Chriſto fidutiam vocāt) cuilibet liberam præbere facultatē quidlibet pro ſuo arbitratu ſentiēdi ac retinendi.

Ità nimirùm volunt hæc extrema tempora, & quanuìs non abſq; ingenti dolore, tamen nos id ſinamus



m⁹ oportet: interìm nihilo minùs diuini verbi authoritate & firmamentis ſubnixi, nosipſos hac re conſolamur ac erigimus, quòd ea vnitas & concordia, quæ apud nos eſt Catholicę fidei, veritatis ſit fundamētum: diſsimilitudo verò, quæ apud nos eſt, multipliciū Catholicæ Eccleſiæ membrorū, certa quædam manuductio ſit & incitamētum, vt vnuſquilibet in ſpe bona & bonis Chriſtianæ charitatis operibus, curſum ſuum eò dirigat, quò pro meritis ſuis (idq; per meritorū Chriſti virtutem & dignitatem) ſiue pro magna, ſiue pro parua poſſit cæli ſtella quādoquè numerari.

Rom. 13.

1. Cor. 15.

Vt igitur Smidelini inſimulatiōi, qua ille nos quoquè ſchiſmatum accerſit, verbis diſertis ac luculentis, reſpondeamus, planè ſimpliciterq;

Philip.2.

pliciterq́; confitemur, nos in Chriſtianæ fidei doctrina, iuxta præceptum Pauli, vnanimes eſſe, & id ipſum ſapere ac ſentire. Rurſum autem, ſingulos quoſq; pro ſua pſona, in ſuo priuato ſtatu ac vocatione operam dare, ſuum vt iugú & onus ferant, alios tñ maiori fide & ſolicitudine q̃ alios, hos iſto, illos illo modo, pro ratione donorum, quibus quiſque diuinitùs ornatus & auctus eſt, & prout ſinguli ijſdem DEI donis probè ac gnauitèr vti nituntur. Ex hac nanque diuinorum munerum & humanæ infirmitatis vel ſtudij & exercitatitionis diſpari qualitate quidam apud nos (quiſque tamen pro ſua



conditione vel oportunitate) Auguſtini, alij Benedicti, alij Bernardi, alij Dominici, alij Franciſci, atque eius generis aliorum ſanctorum patrum canonem & inſtitutum, pro ſuæ conuerſationis exemplo amplecti ac imitari conantur.

Atqui hîc è diuerſo conſonantiam vel diſsimilitudinem Luteranarum Eccleſiarum inſpiciamus. In eo certè omnes illæ concordant, quòd pro eius, quam ipſi ſibi finxêre ac perſuaſêre, Chriſtianæ libertatis, à Lutero primùm allatæ, ingenio, iam nullus Imperator, nullus rex, nullus magiſtratus, nullus princeps eſſe debeat, & vbicunquè illi ſint, nullam illis

Luterus de ſeculari poteſtate, in Tomo Germanico 6. fol.602.& multis alijs locis.

præſtandam obedientiam, ſed oĩa debere eſſe paria: eodem numero ruſticum eſſe debere quo nobilẽ, eodem nobilem quo principem, & ab hoc nihil differre debere Imperatorem: pari loco habendum eſſe ſacrificulum ſimplicem & parochum, nec quicquam inter parochum ac Epiſcopum intereſſe debere, & ità de reliquis. Quæ quidem peruerſę Luteranæ fidei amẽtia eouſquè iam progreſſa eſt, vt non modò innumeræ præclaræ fundationes, tam cœnobia quàm Epiſcopatus, & aliæ in Dei cultum erectæ ædes, deſtructæ atq; vaſtatæ ſint, ſed aliquot etiam locis ruſtici cõtra nobiles, nobiles contra principes, atq; tandèm etiam aduersùs Imperatorem ſe erexerint, omẽsq; in dignitate conſtitutos cogere in ordinem, ſiue diſcretas ordinũ dignitates amoliri inſtituerint: nulla interìm eius habita ratione, quòd quotidiana probauit experientia, hæreticos aduersùm Catholicos, & ſeditioſos ſubditos contra ſuperiores ſuos nunquàm eſſe victoria potitos, vt D. Athanaſius teſtis eſt. Quem enim ſucceſſum habuêre ruſtici in Germania, qui cõtra nobiles & principes, ſuas erigere criſtas non dubitârunt? 1525. Quid item ciues Daniæ ea re lucrati ſunt, q̃ in nobiles inſurgere tentârunt? Quid nobiles Suedię & Galliarum, dum aduersùm reges ſuos bella mouent? Quòd ſi porrò nôſſe iuuat, quas palmas hæretici ex Catholicis retulerint, conſulantur Zuingliani in Heluetijs, Anabaptiſtæ Monaſterienſes, pluresq; alij apud

Saxones, Luterani quoquè in Li-uonia, Caluiniani in Gallijs. Atq; tametſi Moſcouitæ in quibuſdam cæremonijs ab Eccleſia Romana diſcrepant: at tamen fides eorum in illis omibus articulis, in quibus Luterani à Catholica Eccleſia defecerunt, Catholicę doctrinæ prorſus conſentanea eſt.

Si igitur, ô Germani probi ac integri, hanc nominis noſtri ignominiam abolere, ſi temporarium Germanicæ Nationis excidium atque interitum amoliri, ſi ſempiternam ſalutis animarum noſtrarum iacturam auertere velimus: nõ alia nobis ratio vel via amplectenda eſt, quàm vnica hæc, vt ad piorum charorumq; Maiorũ noſtrorum veſtigia recurramus, atq; cum omnibus totius orbis Chriſtiani


Catholicis populis & nationibus nos coniungamus & cõſpiremus, eamque doctrinam, fidem, Eccleſiam & Euangelium poſtliminio repetamus, per quæ, Deo authore, primùm Chriſtiani effecti ſumus, multisq; ſeculis continentèr permanſimus. Vtcunquè enim Luterani nouam ſuam religionem fucare nitantur, non poſſunt tamen illi non fateri, hanc ſuam doctrinã & Eccleſiaſticã diſciplinã vel ordinẽ nunquã antehàc fuiſſe in Germania, nec eo pacto obſeruatam eſſe. Nota.

Carolvs Magnvs prim9 Germanus Imperator cum ſuis ſucceſſoribus, Saxones Chriſtianæ religioni ſubdidit, atq; apud illos ferè præcipuos Epiſcopatus, Eccleſias, Collegia & fundationes inſtituit, eãdẽq; adeò doctrinã, eãdẽ religio-

Vide Carionem de Caroli & ſucceſſorũ fundationibus, & alios hiſtoricos grauiores.

nem, eaſdem cæremonias, eandẽ miſſam, omnemq́; cultum diuinũ, vt hodieq́; apud Catholicos om̃es habẽtur ac viſuntur, in Germaniã inuexit, & poſteris om̃ibus Imperatoribus poſt ſe reliquit. Itidèm ſancti pontifices & Martyres, ij q̃ ſupioris Germaniȩ Apoſtoli ſunt, eandem Germaniam, non ea doctrina & Eccleſiaſtica ordinatione, quæ modò apud Luteranos in vſu eſt, ſed hoc ipſo Euangelij intellectu, hac ipſa religione & Eccleſiæ ordinatione, quæ apud Catholicos in hunc vſque diem extant, ad fidem Chriſtianam traduxêre.

D. Seuerinus Archiepiſcopus Rauennatenſis, Auſtriam ad Chriſtianiſmum cõuertit: D. Eleutherius & Quirinus regionem illam q̃ ad Aniſum eſt: D. Maximinus & Rupertus Epiſcopatum Saliſpurgenſem, D. Valentinus & Wolffgangus Patauium, D. Paulinus ac indè D. Emeranus Ratiſponam: D. Corbinianus Fruxinũ, vel Friſingam: D. Richardus & Wilibaldus Eyſtetenſe oppidum: D. Narciſſus & Vlricus Auguſtam Vindelicorum & Algouiam: D. Kilianus & Burchard⁹ Herbipolim: D. Columbinus & Gallus Sueuiam: D. Maternus & Valerius Rheni accolas: D. Paternus & Lando Conſtãtiam: D. Amandus & Arbogaſtus Argentoratum: D. Victor & Seruatius Wormatiam: D. Creſcens Pauli Apoſtoli diſcipulus, & Maximus Moguntiacũ: qui omnes, & præter illos perplures alij ſanctitate & eruditione prȩcellentes Epiſcopi & martyres in alijs regionib⁹

ac ditionibus, vbì Chriſti fidẽ primùm inuexêre, ac cultũ conſtituêre, nullã doctrinam aliã, non aliud Euãgelium, non aliam religionẽ, non Miſſam aliam, neq; ſacerdotiũ aliud habuêre vel vſurpauêre, quàm quæ iamindè ab Apoſtolorum tempore in toto orbe Chriſtiano apud nos & Catholicas oẽs nationes extitêre, hodieq; retinentur. Hac religiõe nos Germani initiò ad Chriſtianiſmum traducti ſumus. Hac religiõe pij Maiores noſtri ſempiternam ſunt adepti beatitudinẽ. Hac religione Romanũ Imperiũ ad Germanos principes tranſlatũ eſt. Hui9 religiõis virtute prçclari Germani multis aucti ſunt victorijs, Imperij fines protulêre, ethnicos ad Chriſtianam religionem traduxêre, Hungaros, Bohemos, Polonos, Vuandalos, Sclauos, Prutenos, Liuones, Danos, Suedos, vel armata manu, vt Chriſtiani fierent, adegêre, vel ſanctorum epiſcoporum doctrina eò pertraxêre. His nimirùm adſtipulantur vetuſta Chronica noſtra & antiquæ fundationes. Quòd verò hæc omnia intra annos quadraginta non niſi ſupremam ſint minitata ruinam, oculis iam ſummo cum dolore cernere eſt: probant hoc ipſum immanes ac multigenæ ſtrages, Germani Imperij inſignes contumeliæ, probra quoquè ac ſannæ, quibus Germani milites apud alias quaſcũq; nationes excipiuntur: cùm tñ ante hos annos quadragĩta Germanos plus cæteris nationibus, cunctis populis formidoloſos fuiſſe certum ſit.

Quò

Quò iã Thiethmarſia deuoluta eſt, quę quondàm ad Bremẽſis Archiepiſcopi diœceſin vel ditiõem pertinuit? Dani eam occupârunt. Quid de Liuonia actum eſt, q̃ Saxonicæ nobilitatis hoſpitale fuit? Moſcouita armata manu eam nobis extorquet. Pruſsia vt ſe habet, q̃ olim ſuperioris Germaniæ nobilium hoſpitalis ſedes fuit? Poloni eam ſibi vẽdicant, eiq́; dominant. An verò hæ duæ regiones exiguæ ſunt? Profectò minimè: immò ſanè duo p̃clara regna, maximè Pruſſia, quæ in longum habet milliaria ſexaginta, in latum quadraginta, multis tum magnis, tum paruis vrbibus, emporijs, caſtellis & pagis adeò referta, adeoq́ue quæſtuoſa, ſiue omnibus rebus quæſtuoſis exuberans, ac opibus inſtructa, vt in Germania vix habeat aliam ſuî ſimilem. Quanuis autem Liuonia non omninò ſit Pruſsiæ ęquiparanda, quòd ad diuitias & vires ſeu potentiam attinet, eſt ea nihilo minùs egregia, ſpectabilis & ingẽs regio, vndè non modò ad Saxonicam nobilitatem & vrbes maritimas, verùm etiam ad totũ Imperiũ & pleraſq; alias p̃uincias maxima rediêre cõmoda ac emolumenta. Et ſunt reuerà duæ hæ regiones, Pruſsia & Liuonia, ceu duo firmi pedes Germanici Imperij: qui cùm per noſtram diſſenſionem ab Imperio tam miſerè præciſi & amputati ſint, facilis eſt cõiectura, quàm deincèps honeſtè ac firmitèr ſit conſtiturum.

Pruſsia vt ſit Imperio adempta.

Quî verò his nos pręclaris regionibus nudati ſumus? Nũ magna

hoſtium

hoſtium vi & potẽtia? Neutiquàm ſanè. Qui enim Ordinis Teutonici dicuntur, ij quondàm Prutenos etiãnùm ethniciſmo addictos, veterem religionem Chriſtianã (quã ipſi ab Apoſtolis & maioribus noſtris acceptã, è Germania ſecum in Pruſsiam attulêre) complecti vi cõpulerunt, & ad noſtrã vſq; ætatem in ea fortitèr cõtinuerunt. Atq; donèc is Ordo eam in curã incubuit, regio illa ſempèr aucta eſt & in melius prouecta. Porrò ſimulatquè idem ordo nouũ Luteri Euangeliũ arripuit, & antiquo Chriſti Euãgelio nuncium remiſit, carnalemq; voluptatum crucem amplexus, ſpiritalem Ordinis crucẽ reiecit, mox tota illa ditio veteri Euangelio obtenta, per nouũ Luteri Euangeliũ Germanicæ nobilitati adempta, &

.Mutius & uſpinian⁹ n vita Hē- ici V. & alij

Polo-



Polono dedita eſt: ità vt iam Germanis imperẽt, q olim noſtris Imperatoribus tributa pependerunt.

Neq; ſecùs cũ Liuonia nũc agit. Cùm enĩ Liuonieſes ordinis Teutonici Dñi Catholicam fidem, qua illi freti Liuoniã ſubiugârant, tueri ac ꝓpugnare ſolerẽt, decẽ illorum millia, Moſcouitarũ octoginta millia collatis ſignis in fugam vertere potuêre: at poſtq̃ is Ordo priſcam religionẽ, quę illi quondàm victoriam peperat, abrogauit, nouamq; hęreticã eius loco ſuſcepit, victoria oĩs ad alios ſe tranſtulit, iãq; Deꝰ & fortuna ſtãt ab hoſtiũ partibus. Ità enĩ vſuuenire ſolet, vt cõcordia paruę res creſcãt, diſcordia magnę dilabantur. Antiqua fides per charitatem operatur, quæ eſt vinculum perfectionis & proſperitatis om̃is.

Poſtquàm Liuonia Luterizauit, Moſcouitis prædæ eſt.

Saluſtius.

Galat. 5. Coloſ. 3.

At

Luter. in Epi. ad Gal. Amſdorff.

At noua fides charitatem ſecum ferre non poteſt. Non eſt ergò in ea vinculum vllum concordiæ & pacis, cùm pacis author ſit Deus, teſte Apoſtolo: diſſenſionis autẽ, diabolus.

1. Cor. 4.

Qua enim alia re Hungaria in Turcarum manus venit, quàm ob religionis diſcordiã? Poſteaquàm enim Luterani cõcionatores vbique virus ſuum hæreticũ ſparsêre, atq; inter Imperij Stat⁹ multigena odia, inuidiam, & acerbitatem animorum excitârunt, vſq; eò cœpit diffidẽtia inter vicinos increſcere, vt propemodùm nemo compertũ habeat, quãtum ſibi de alterius debeat fide polliceri. Ità fit, vt ſinguli ad ſuã rem attenti ſint, porrò reip. & Imperij cõmunem neceſsitatem poſtremo loco habeant. Interìm illi,



illi, qui in prima acie conſiſtunt, omni ſolatio & auxilio deſtituunt, immò, quod acerbius eſt, hoſtes Imperij nonnunq̃ multiuarias ab Imperio ſuppetias habent: at qui dobis ſanguine iuncti, & germani dñi noſtri ſunt, dũ hoſtibus patriæ noſtræ ire obuiàm debent, atq; etiã quibuſcunq; modis licet, illis obſiſtere cupiũt, multis modis diſtinẽtur ac impediuntur. Atq; vt rem in pauca conferam, haud mediocris metus eſt, nos Germanos ampliſſimas iam præbuiſſe cauſas veteri illi complẽdo vaticinio, cùius Lactantius meminit, & plures alij, nẽpe Aquilonem Auſtro, & Orientẽ Occidẽti dominaturum: ſicq́; Magog ab Oriẽte, & Gog ab Aquilone vẽturos, Romanumq́; Imperiũ (quod etiamnùm nos penès Germanos,

O turdus ſibi malum.

Lact. lib. 7. cap. 16. Rupertus Tuitieñ ſuper 20. cap. Apoc.

manos, quãuis admodùm exhau-ſtũ & elãguidum eſt, ac velut tenui pendens filo) deuaſtaturos ac diſ-ſipaturos.

Quòd autẽ eiuſmodi horrendã calamitatẽ ęgrè nos euaſuri ſimus, gemina exẽpla duarum nationũ lu culentèr nobis inſinuãt, Græcorũ videlicet & Liuonũ. Quæ eñ alia fuit olim rerũ facies apud Græcos, q̃ quę hodiè in Germania viſitur? Græci opponebant ſe Romano pontifici, ſedẽ Petri Apoſtoli caput Eccleſiæ agnoſcere nolebãt, ipſi ſi-bi paſsìm Epiſcopos & pręlatos cõ-ſtituebãt, quorũ oĩm parẽ volebãt eſſe authoritatẽ, vtì nè ali⁹ alio ſub-limior, aut maioris eſſet ponderis.

Ecq̃d verò ex huius acephalę Ec-cleſiæ regimine cõſecutũ eſt? Prin-cipiò quidẽ in Clero variæ extitêre hære-



hæreſes & factiones. Deindè ingẽs diſcordia & bellum immane ortũ eſt inter Cõſtantinopolitanũ Im-peratorẽ & Gręcos principes. Cũq; vnuſquiſq; eſſet parochus, epiſco-pus, & pontifex maximus, nec vllũ haberent caput, nullum agnoſce-rẽt ſpiritalem magiſtratum, quiſq; pro ſui cerebri ductu, ſcripturas ar-bitratu exponebat ſuo, nouas fin-gebat opiniones & ſectas: vndè tandèm tot in tota Gręcia extitêre hæreſes, ſchiſmata & factiones, vt his demùm ſciſsiõibus ac diſsidijs factum ſit, vt principes contra Im-peratorem, Imperator aduersùm principes, & regiones aliæ in alias armata manu inſurgerent, ſignisq; infeſtis incurrerẽt, alij alios profli-garent, perſequerẽtur, concíderẽt ac delumbarent.

Intereà Veneti Peloponeſum, Epirum, Corcyram, & terras alias ſibi ſubdidêre: Vngari Croatiã, Dalmatiam, aliaq; loca ad ſe adduxêre: itemq; alij alia, donèc tandèm Turcus eos qui ſupererãt, Græcos, tam ſpiritales q̃ ſeculares, Imperatorẽ, principẽs & dominos, pacis cõponendæ prætextu, miſerandum in modũ iugulauit, peremit, extinxit: atq; ſubindè totũ illud Imperiũ immani tyrãnide debellauit & occupauit, Vngaris & Venetis ea q̃ illi ſibi vſurpârãt, rurſus extorſit, ſicq; demùm ſectas aboleuit: Chriſtianos autem qui reliqui erãt, in perpetuam planeq; tyrannicam redegit ſeruitutem. An verò nõ eundẽ in modum hodiè agatur in Germania, vt tum in Græcia, cùm illi necdùm eſſent per Turcas diuinitùs



tùs caſtigati, numq; non idem ſit nobis formidandus exitus, equidẽ cordato cuilibet penſitandum relinquo.

Alterum impendentis calamitatis noſtræ exemplum, quod iã in Liuonia extat, miſerandi illius excidij me admonet, quo populus Iudaicus & vrbs Hieroſolyma periêre. Quid enim tam poſsit eſſe conſimile, q̃ quod vtrobiquè cernere eſt? Erant apud Iudæos ſectæ tres, germanæ illi tum Moſeos, tum ꝓphetarum doctrinæ repugnantes, putà Phariſæorum, Sadducæorum & Eſſenorum. Phariſaici dogmatis fundamẽtum, (vt Ioſephus ſcribit, erat huiuſmodi: Homines oĩa agere ineuitabili quadam à DEO neceſſitate adactos, non ex arbitrij libertate. Idem planè ꝓcipuũ fundamẽtùm

Lib. 2. cap. 7. de Bello Iudaico.

 tùm

Matth. 22. Lucæ 20. tum eſt etiã rigidorũ Luteranorũ, ipſo Illyrico teſte. Sadducęi potiſſimùm aſſerebãt, vt Chriſtus teſtat̃, nullã fore humanorũ corporũ reſurrectionẽ. Atquì licèt Zuingliani iſthuc Sadducęorũ dogma nõ aptè profiteant̃, at planè cõſequẽs fit, ſi nos verũ Chriſti corp⁹ in Euchariſtia re ipſa p̃ſẽs nõ accipim⁹, corpora noſtra neutiq̃ excitatũ iri: qñq̃dẽ hoc ſanctiſsimũ Sacramẽtũ ob corporis Chriſti cũ noſtris corporib⁹ cõiũctionẽ, nõ minimã futurę reſurrectiõis ſpẽ efficit. 1. Cor. 15. Eſſeni, q̃ ad tertiã Iudæorũ ſectã p̃tinẽt, cũ Anabaptiſtis bellè cõſentiunt, vtì apud eũdẽ Ioſephũ loco ſuprà annotato videre licet. Tres iſtæ factiones ſiue Sectę immani illi diſſenſiõi ac ſchiſmati, quod Hieroſolymis tũ inter Iudæos extitit, cũ à Veſpaſiano ea vrbs obſideret̃, anſam p̃buêre. Nã quanuìs grauiſsĩa obſidiõe premerent̃, & in ſummas eſsẽt cõiecti anguſtias, at nihilo min⁹ in tres diuerſas diſtracti partes, alij Zelotas, alij Simonẽ Geraſenũ, alij Iohannẽ ſequebant̃: immò pleriq; intra ipſam vrbẽ nõ minùs infeſtis in ſe inuicẽ ſignis inuehebant̃, q̃ forìs aduerſùm eos oẽs Veſpaſianus Imp̃ator. Ioſephus de bello Iuda. lib. 6. cap. 1.

Hîc iam expẽdant̃ ea, q̃ modò in Liuonia gerunt̃: neq; dubito, quin re ipſa cõperturi ſimus, ea nihil abhorrere ab illis, q̃ tũ Hieroſolymis gerebant̃. Princeps Ruten⁹ vel Moſcouita tres habet benè inſtructos & potẽtes exercit⁹ in Liuonia, Archiepiſcopum Runneburgenſem immani premit obſidione, iamq́; munitiſsima q̃q; loca & p̃ſidia, dẽpta Riga, in ſuã redegit poteſtatẽ.

 Quid

Quid verò Ordo, quid Ordinis illius præfectus, quidve extranei protectores in hac rerum perturbatione auxilij ferunt? Modò mihi fas ſit dicere, quod totus orbis iam clamitat, haud multò ſecùs res gerũ, q̃ olim apud Iudęos Hieroſolymitanos inter Zelotas, Simonẽ, & Iohannẽ. Sunt enim q Luteri Euangelium ſequantur, alij Zuinglij; alij Anabaptiſtarum dogma probant; dumq́; ſinguli ſub Euangelij ſui prætextu partem quandam eius regionis ex his periculis ſe extracturos ſperant, Moſcouitæ vltrà progrediuntur, perindè vt olim Veſpaſianus in Palęſtina, Turci in Gręcia, eo nimirùm ſub plauſibili obtẽtu, quòd q̃ in Liuonia nata ſunt diſsidia, ipſi componere velint, Liuoniamq́; ipſam in illius magni principis redigere poteſtatẽ. Verẽdum ſanè eſt, hoc ceu præludium quoddã eſſe imminentis tempeſtatis, q̃ iam annis aliquot in Hungaria, iã verò etiam in Liuonia ſua habuit initia, adeò vt progreſſus, quẽadmodùm licet conijci, duobus dũtaxat oculis diſtineatur: q cùm defecerint, mox Iudæi & Gręci occaſûs ſui hiſtoriã in noſtro ſanguine lecturi ſunt, eãdemq́; nobis cantilenam canent, quam illis olim Romani: SEDITIO SVSTVLIT GERMANIAM, SEDITIONEM TVRCA & MOSCOVITA. Faxit omnipotens Deus, hac in re vanus vt ego vates ſim. Nam ſi ea calamitas accidat, (quod Deus longè à nobis abeſſe velit) ego, meique ſimiles, meiq́; omnes eadem ipſa, haud ſecùs atquè alij, premamur oportet. Bono animo hæc à me adferũtur,

Ioſephus li. 6. cap. 7. de Bello Iudaico.

vt ipſe mihi teſtis eſt Deus. Quòd autem nonnullas horum temporum hiſtorias inſerüi, non eò feci, quòd quempiam, cuiuſcũq; ille ſit loci vel ordinis, lædere voluerim, (quod Deus à me procul auertat): ſed vt dulciſsimæ patriæ meæ hac Chriſtiana admonitione & adhortatione promptiſsimam atq; fidiſſimam pro viribus gratificandi & inſeruiendi volũtatem quàm poſſem euidentiſsimè declararẽ. Nullam id enim dubitationem habet, ſecurim iam ad radicem arboris poſitam eſſe, ac niſi ad meliorem, atquè hactenùs, frugem nos recipiamus, neminem noſtrûm diuinã vltionem euaſurum. Ea verò, vt D. Auguſtinus ait, infrugifera pœnitentia eſt, quæ fit abſq; emendãdi propoſito. Certũ eſt autem, nec

quiſ



quiſquam inficiàs ire poteſt, nos peccâſſe grauitèr, & irã Dei in nos ſuprà q̃ dici queat, concitâſſe, tum multigenis damnatis hæreſibus & totius orbis Chriſtiani ſciſſuris & ſchiſmatibus, tum etiam improba & plena offendiculis vita noſtra.

Porrò quòd ad vitam attinet, non ſatìs eſt quotidiè Concioni interfuiſſe, Euangelium ore crepare, at EVANGELII opera habere neglectui: ſed propheticæ illi inſtitutioni mos gerendus eſt, quæ ſic habet: Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & nõ erit vobis in ruinam iniquitas: itemque illi præcepto Apoſtolico: Qui furabatur, iam non furetur. Nec ea negligenda AVGVSTINI Sententia eſt, Peccatum non remitti, niſi

Ezech. 1[illegible]

Ephe[illegible]

ablatum

ablatum reſtituatur. Quod idem de omnibus alijs peccatis diligētèr penſitandum eſt.

Luterus ſe Christi euāgeliſtā vocat. Tomo 6. fol. 165.

Quòd verò ad errores pertinet, quibus Luterus quintus Euangeliſta, nouiq; dogmatiſtæ Euangelici in Germania tum ſeipſos, tum multa hominū millia à veteris & approbatæ fidei Chriſtianæ vnitate & concordia miſerandū in modum abduxêre, & immanem hanc calamitatem in Catholicam Eccleſiam inuexêre, id nimirùm peccatum omium longè maximum eſt.

Luce 17.

Vndè ipſe Dominus ait: Væ homini, per quem ſcandala veniũt. Atq; tametſi dictio hæc, Væ, incomprehenſibilem quandam Dei iram & animaduerſionē ſignificat, at tamé multo maior eſt ei⁹ miſericordia, q̃ iam propẽſa eſt ad recipiendũ nos in gratiã, ſi nos errorum anfractus & deuia itinera relinquere, hæreticas ex animo cogitationes eijcere, atq; ad rectam Catholicæ Eccleſiæ viam redire velimus. Quamobrẽ propheta nos hortat: Reuertimini vnuſquiſq; à via ſua mala, & à peſſimis cogitationibus veſtris: & habitabitis in terra, quam dedit Dñs vobis & patribus veſtris.

Iere. 25.

Murus Imperij.

Nullum ergò aliud conſiliũ ſupereſt, nulla alia ſpes aut ratio impendentẽ effugiendi calamitatem, niſi vt nouo euangelio repudiato, germanũ illud antiquumq; rurſus amplectamur, cunctiſq; ſectis & factionibus poſthabitis, cum oĩbus Chriſtianis populis ac nationibus totoq; orbe Chriſtiano nos coniũgamus ac vniamus. Quod equidẽ, pro meo iudicio ſimpliciq; cõſilio, longè

longè nobis meliùs ceſſurum pu-
to, q̃ illud Martini Luteri in extre-
mo illo ſuo libello, quẽ paulò ante
ſupremum diem ſuum Vuittẽber-
gæ anno 1545. ad duas illuſt. perſo-
nas edidit, hortans illas, nè captiuũ
D.H. liberum abire paterentur. Li-
belli huius titulus eſt, Ad Electorẽ
Saxoniæ & Lantgrauium Haſsiæ
D. Martinus Luterus de captiuo
D. Brunſuiceñ.

Atq; vt etiã hiſce in locis & regi-
onibus ad notitiã omnium perſe-
ratur, quid Luterus id temporis in
ſuo Papatu ſibi vſurpare & attẽtare
auſus fuerit, cõmittere neq; volo,
neq; poſſum, quin ex hoc ipſo eius
libello rem omnem ad verbũ huc
adſcribam. Ait ergò Luterus:

Fol. A. 4 *Vellem equidem captiuus ille Brunſ-
uicenſis Galliarũ, eiusq́; filius Britãniæ
reges*



*reges vt eſſent. Quid enim id mihi poßit
incõmodare aut officere? Vt autẽ conſu-
lã, liber vt abire ſinatur, id quidem cõ-
mittere non poſſum. Fidutiã hanc ille p-
didit. Quando igitur Deus in eum ani-
maduertit, ecquis auſus erit eum ab hac
Dei caſtigatione abſoluere, niſi veram
ille priùs agat pœnitentiã, riteq́; ſatisfa-
ciat, liceatq́; tutò fidere Deũ placatũ &
cõciliatũ eſſe? Alioq́; enim nihil erit ali-
ud, q̃ tentâſſe Deũ: quod cõſulẽdũ nõ eſt.* Nota.

Vellet nimirũ Luterus Ducẽ illũ Quis eſt ille Deus?
eſſe Galliarũ regẽ. Nos id credam⁹
oportet. Cur aũt nõ paſsi ſunt illũ
ducẽ permanere? O hoĩes lepidos.
Quis verò Lutero eius Ducis caſti-
gandi fecit poteſtatẽ? An nõ id cõ-
tra ius omne tum Pontificiũ, tum
Ciuile, immò etiam aduersùs ius
Gentium militat, in propria cauſa
ſimul & partium & iudicis velle
ſuſti-

ſuſtinere perſonam? Iuris ciuilis ea hactenùs lex fuit, ſi inter vicinos ſiue ob damnum datum, ſiue ob illatam iniuriam lis emergat, legitimum magiſtratum & ordinarium Iudicem adeundum eſſe. Num iuris illius authoritas omnis abditã eſt? Aut verò non erat Imperator ſummus regionum & vrbiũ, principum ac dominorum iudex ordinari⁹? Aut certè diuerſum eſt à doctrina Euãgelica, quòd Apoſtolus vult om̃em animam poteſtatibus ſublimioribus ſubditam eſſe? Non eſt enim, inquit, poteſtas, niſi à Deo. Itaq; qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinatiõi reſiſtit. Qui aũt reſiſtũt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.

Rom. 13.

At malo, inquiunt, magiſtratui non eſt præſtanda obediẽtia. Quis autem malus ille fuit magiſtratus? Nimi-



Nimirũ Imperator. Quis hoc dicit? Luterus & eius ſimiles: Atquì multa hîc, eaq; fide digna, opùs eſt probatione. Atq; vtinàm plures eiuſmodi obtineamus Imperatores. Veniet ille dies, vt nos vnguib⁹ foſſa humo eos è monumentis extrahere optemus, modò poſſet reuocari ad vitam. Sed eſto: tyranni illi fuêre: quod tamẽ citra mendacium nullus vnquàm poſſit aſſerere. An non D. Petri iſthæc oratio eſt, Subditi eſtote in omni timore Dominis, nõ tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis? Non ergò Luteri erat, ſed Imperatoris, tanquàm ſublimioris poteſtatis, & miniſtri Dei gladium geſtãtis, vindictam exercere in malefactores. Nec eſt quòd iam Luterus ſciſcitetur, ecquis auſus erit captum prin-

1. Pet. 2.

Rom. 13.

 cipem

cipem priſtinæ aſſerere libertati. Siquidẽ is,cuius id erat, non modò auſus hoc eſt & facere potuit, ſed etiã egregiè præſtitit,atque illis demũm multã, qui cõmeruiſſent, irrogauit. Sed videamus iam,quã ſatisfactionẽ ſiue multã Germanicus Papa captiuo illi irroget.

.D.Li *Quòd captiuus ille,* inquit,*è ſua eiectus eſt ditione, non ità ipſus interpretari debet,quòd hæc pro meritis ſuis digna ſit caſtigatio,ſed quòd vulpinæ tãtùm caudæ leni attactu comitèr ac clementèr inuitatus ſit ad pœnitẽtiam,*

è pœnitia. *ſicq́ dicere debet: Piſſime Deus, quandò longè deteriora commeritus ſum, & tu interim tamen tam teneris me virgulis cædis, equidem hanc caſtigationem ad ſupremum vſq vitæ huius diem libens feram,meæq́ ditioni & dominio renunciabo, vtpotè quo tu me iuſtiſſimè,*



*mè,immò clementiſſimè priuâris,quoq́ ego iure meritoq́ exutus ſim. Neque enim,vt iam perſpicio, illi ego adminiſtrando idoneus ſum.Iuſtus es Domine, & iuſtè quidem, ſed longè infra meritum egiſti mecum.Vt enim antè dictum eſt,cum DEO ex ipſis animi medullis agendum eſt, & eius animaduerſioni obtemperãtèr nos permittere debemus. Si ità non agimus, ille ceu* καρδιογνώστης *& cordium cognitor, quem nihil lateat, quemq́ fallere nemo poſſit, facilè id animaduertit. Si quis verò illi imponere moliatur, is cauſam ſuam, licèt alioquì vtcunquè bonam, hoc ipſo peſſimam efficit, quod nos Chriſtiani omnes ſatìs compertum habemus.* Formula Luterica Confeſsionis.

Agè iam Chriſtiane Lector hîc aĩm aduerte. Vult Luter⁹ captiuũ pricipẽ nõ more Luterano cõfiteri,

ità vt ſoli DEO clàm ſua errata in corde confiteatur, ſed planè Papiſtico, (videlicet, quòd ad peccatorũ tantùm enumerationem attinet) vt nihil is eum vel illos, qui ipſius ſint futuri Confeſſarij, celet, nihil negare vel inficiari auſus ſit. Quid ergò cõfiteri debet? Ea ſcilicet oĩa, quorũ eius publici & notorij hoſtes & aduerſarij falsò eum inſimulârunt, vt ſi dura quandoquè captiuitate adactus id fecerit, omĩbus id perſuaſum ſit, propriam ipſius cõfeſſionem ſequenti ſatisfactioni anſam & occaſionem præbuiſſe. Volunt enim vt confiteatur, ſe id, quod patitur, iurè commeritũ eſſe, & pro meritis accidiſſe ſibi, quòd è ſua ditione exturbatus fuerit, nec ſe vnquàm illam repetiturum, ſed ſe ſuum ſuorumq; ius omne, ſuis aduerſarijs hîc in terris perennitèr, idq; vltrò permittere, atq; in cælis velle expectare ditionem aliã. An non lepida cumprimìs, prorſusq; Euangelica ac Luterana hæc eſt ſatisfactio? Cùm à Luteranis Catholici læduntur, in vniuerſa pœnitẽtia nulla vſquàm poteſt inueniri ſatisfactio. Sed hoc caſu, tres pœnitentiæ gradus vt ſint oportet.

Vt verò deincèps Luterus apud Germanos nõ modò ſanctus Põtifex Maximꝰ, vel Papa, verùm etiã Propheta & Elias tertiꝰ habeatur, deuinctos ſibi DOMINOS conſolatur; prædicitq; quæ futura ſint, occaſione arrepta ex quodam numiſmate, ad ipſum ex inferiori Germania anno 1545. Vuittenbergam allato: vndè in eodem libello ità ſcribit:

Fol.B,4. *Hoc anno rumor eſt, numiſmata quædã ex inferiori Germania huc aduentare, quæ tum Papiſtarum eximiã declarent ſcientiam, tum duobus principibus, Electori & Lantgrauio, nobisq́; omnibus horrendas minas intentent. In vno latere numi iſti habent columnas duas, quarum altera Imperatoris, altera Regis gerit impoſitum diadema. Inter columnas neruus ſiue compedes viſuntur & duæ catenæ, duabus perſonis præparatæ. Puto equidem hũc concacatum prophetam illis Electorẽ principem & Lantgrauium velle conſtringere. In orbem hæc ſcripta legũtur: Ad alligandos reges eorum in compedibus.* Pſal.143. *Aliud latus aquilam habet bicipitem, vnguibus ſuis geminos illòs enſes, qui in Electoris inſignijs pingũtur, complectentem: porrò enſium horum mucrones virginem in latere ſubteriacẽtem confodiunt, in eamq́; ignis inſtar pluuiæ delabitur. Virginis vocabulum eſt, Infidelitas: Inſcriptio orbicularis, Ad faciendam vindictam in nationibus.* Pſal.143. *Quibus illi ſignificant, quid clàm in nos moliti ſint, vtq́; defenſionis fœdus intellecturi & interpretaturi fuerint, ſi ea quæ dicta ſunt, in rem cõtuliſſent.*

Nota, in fine cuius toni.

Nulla hîc percontatione opùs eſt, vter ex his duobus in memorato vaticinio purus, vel (liceat cum bona venia Lutericè loqui) concacatus propheta fuerit. Aprilis vigeſimaquarta dies anni 1547. primò quidem in campo Locherenſi, ac deindè decimanona Iunij dies eiuſdem anni Hallis in Saxonia id publicè declarârunt. Eſt id certè cumprimìs miſerandũ, ꝙ

celeberrima, ac nobilis Germanica natio excucullatum monachũ eatenùs ſibi paſſa eſt os ſublinere, tamq; miſerè illudere ac imponere, in ſempiternam omnium noſtrûm apud reliquas nationes oẽs dedecus & ignominiam, cum tam immani corporũ, honoris, exiſtimationis, facultatum, ſalutisq; animarum pernicie & iactura coniũctam. Ego aliud in animum meum inducere nõ poſſum, quàm ſuprà dictum numiſma ex inſtinctu ſpiritusſancti nobis Germanis è Belgica tranſmiſſum non alio nomine, quàm vt illo paternè admoneremur rebus noſtris rectiùs conſulere: aut ſi id nos negligeremus, falſi prophetæ Luteri vanitas vero vaticinio proderetur. Nam ſi quis cernere nõ poſsit, licet illi vel manibus palpare, rem omnem per omnia prorſus eum in modũ eueniſſe, vt numus ille præfigurârat è diametro contra Luteri prophetiam. Perſuaſit Luterus probis Germanis iſthuc vaticinium in Duce Henrico completum, iamq; Papatum planè corruiſſe ac interijſſe: pergendum omninò eſſe, & armata manu rem peragendam. Itaque addit in eodem libello:

*Cui verò*, inquit, *neruum & compedes pinxerint, nos iam, Deo laus, videmus, qui iuxta Pſalmi vij. ſententiã iudicauit. Lacum aperuerunt, & effoderunt eum, & inciderunt in foueam quã fecerunt. Conuertetur dolor eorũ in caput eorum, & in verticem ipſorum iniquitas eorum deſcendet. Ea re nos grates agimus ꝑpotẽti ac iuſto Deo, & laudamus nomen Domini altiſſimi, Amẽ.* Fol. C. 2. In fine, Cuius toni.

 En

En vt ſe iactat, vt triumphat, pa-
pheta arrogans, haud alitèr quàm
ſi cælum omne inſtrumentis mu-
ſicis reſonet, iamque ex ſymbolo
Apoſtolico planè eraſus ſit articu-
lus ille, CREDO ECCLESIAM CA-
THOLICAM: neq; porrò verum ſit,
Matt.16. quod Chriſtus ait, ecclesiam in pe-
tra immobili extructã eſſe: itemq;
1.Tim.3. illud, Eccleſiam eſſe columnam &
firmamẽtum veritatis. Ecquis igi-
tur in foueam lapſus eſt? An nõ is,
qui proximum ſuum, quem in fo-
ueam cõiecerat, poſtmodùm indè
extrahere, atq; ſeipſum in eiꝰ locũ
demittere compulſus eſt? Mihi q-
dem aliud non conſtat, neq; aliud
totus nouit orbis. Hoc ergò primũ
eſt in libello ſæpedicto Luteri vati-
ciniũ. At nũc alterũ quoquè, quod
huic mox ſubiungit, agè audiamꝰ.
Nè



*Nè noſtra,* inquit, *conſcientia* Fol.C.2.
*peccatis alienis oneretur, & nos eodẽ,*
*quo Ahab, loco habeamur apud Deum.*
*Si enim ille è captiuitate dimittendus*
*ſit, abſque dubio futurum eſt, vt Papi-*
*ſtæ DEVM noſtrum iterùm blaſphe-* Nota, Deũ
*ment, ſeſeq; iactitent hunc in modum:* Luterano-rum.
*An non ſunt à Deo exauditæ preces no-*
*ſtræ? Precati nos ſumus pro Duce Hen-*
*rico Brunſuicenſi, & DEVS qui-*
*dem noſtram explorauit patientiam,*
*at exaudiuit nos tamen. Quanuis enim*
*Ducem Henricum permiſit hæretico-*
*rum manibus, vt nos temporario quo-*
*dam flagello caſtigaret, non tamen illi* Preces Papiſtarum.
*eum tenere potuerunt, ſed diuinitùs*
*compulſi ſunt eum à ſe liberum dimit-*
*tere. Grates DEO noſtro qui ſuam*
*Eccleſiam & veterem religionem*
*non dereliquit, nec hæreticis ipſo-*
*rum conatus proſperè cedere voluit.*
*Atq*

*Atq; id ſanè verum eſt, hoc me argumẽto vel maximè permotũ eſſe. Nouimus enim Papam & eius ſquamas & aſſeclas ad ſanitatẽ reduci non poſſe. Nihil igitur illi poſſunt aliud, quàm etiam in ſuis ſummis calamitatibus & deterrimis ſceleribus ſolari & fucare ac expolire ſeipſos.*

Alteram hanc prophetiam, cuius nomine ille voluit tertius Elias haberi, hoc argumento confirmare inſtituit, videlicet, Eam nõ poſſe non eſſe germanam Chriſti Eccleſiã, quę ſuis pijs precibus captiuos principes ſuos in libertatem queat vindicare.

Si ergò Dux Henricus ob aſsiduas ac ſubmiſſas Papiſtarum preces ab aduerſarijs dimittatur, quẽlibet ſibi perſuaſurum, apud Papiſtas veram eſſe Chriſti Eccleſiã. Et hoc



hoc verum eſt. Hoc ergò argumẽto, vt ipſe fatetur, Luterus vel maximè permotus fuit, nè captus DVX liber abire ſineretur, ob id potiſsimùm, nè Papiſtæ pro vera, & ipſe cum ſuis pro falſa Eccleſia haberẽtur. Hîc iam vnuſquilibet, modò ſit rationis & mentis compos, id expendat velim, an nõ Luterus haud alius ſit propheta, quàm olim Caiphas. Vera enim vaticinatur, ſed tamen inſtàr Caiphæ, pro parte aduerſa, & in ſuam ipſius perniciem. Ioan.11.

Catholica Chriſti Eccleſia pro illo captiuo principe continentèr & ex animo precata eſt, vt ex hoſtium ſuorum manibus poſſet extrahi. Luterus contrà miris quibuſdam ac inſolentibus machinamẽtis ac dolis, & vi quoquè id egit, nè priſtinæ libertati reſtitueret. Vtrã verò

verò partem Deus exaudiuit? Iuſti-
orem haud dubiò: cùm non ſit De-
us iudex iniquus, ſed vnicuiq; red-
dat ſecundùm laborem illius. Itaq;
captiuo opem tulit, eumq́; libera-
uit: contraq́ue ità egit, vt vtralibet
Pſal. 7. pars hunc Pſalmi verſum veriùs
dicere potuerit: Iudica me Domi-
ne ſecũdùm iuſtitiam meam. Tu-
lit ergò DEVS veram & æquam
ſententiam: atque ità, vtrius partis
preces admiſerit, euentus proba-
uit.

Quid verò Luterus hîc agit, quô
Papiſtarũ argumẽtum, quo ipſe tã-
toperè permouet̃, diſſoluat ac ſub-
ruat, atq; ea ſolutione ſeu dilutiõe,
arrogantẽ ac temerariã prophetiã
ſuam in ſpeciem confirmet & ad-
ſtruat? Primam propoſitiõem pa-
titur manere ſaluam, ſentitq́ue ac
ſtatuit



ſtatuit Deũ exaudire Eccleſiæ ſuæ
preces: Mox ad aliam ſe propoſiti-
onem confert, negatq́ue Papiſtas
quicquam poſſe impetrare à Deo.
Sic enim pergit in ſuo illo memo-
rato libello:

*Non eſt igitur illorum reformidan-* Fol. E. 4. & F. 1.
*da precatio, nõ magìs ſanè, quàm Elias
prophetarũ Baal preces timuit, iij. Re-
gum xx. Sed vt is illorum tum preces,
tum Deũ irridet, ità nobis quoquè Pa-
piſtarum orationes vnáq; Deum illorum
ridere licebit. Scimus enim preces eorũ
eſſe execrabiles, vtì & doctrina & fi-*
*des, iuxta illud Pſalmi 109. Oratio eo-
rum fiat in peccatũ. Atq; quẽ illi docẽt,
is non poteſt nõ condemnari. Neq; aliæ
eorũ preces ſunt, q̃ eæ quas diabol⁹ quã-
doquè ludibrio habuit, cùm ſacrificus q-
dam benè potus Completorium in lecto
abſolueret, atq; inter orandũ excrearet,
ſimulq;*

Pſalmus verax eſt: at interpretatio Luterica eſt vel hæretica.

Luteri ciuilitas.

*ſimulq́; grandem redderet crepitum: Præclarè, inquit ſatan, qualis oratio, tale thus. Idem ſentiendum eſt de omni illorum murmure in Collegijs ac monaſterijs. Non enim nôrunt precari, neque precari volũt, neq; quid ſit precari, neq; quo pacto precandum ſit ſciunt.*

Malus dæmon iſthæc hæretica ſchiſmata multorum animis tanta vi impreſsit ac infixit, vt nulli neq; orationi, neq; veritati, neq; miraculo, immò nec ipſi DEO porrò locus vllus apud eos reliquus ſit, plusq́ue ponderis apud illos habeat vnum Luteri verbũ, etiamſi id vel mille ſcateat mẽdacijs, quàm Deus ipſe eiusq́; verbum, itemq́ue Catholica Chriſti Eccleſia. Itaq; ſi quis id temporis dicere auſus fuiſſet, Catholicam Eccleſiam ſuis precibus aduersùs hoſtes victoriam con-



ſecuturam, eaq́; Ducem captiuum ex hoſtium manibus ereptũ iri, illos contrà carcerem adituros, is profectò ob tantã tertij Eliæ Luteri authoritatem ſannis & ludibrijs enect⁹ ab illis eſſet. Neq; dùm certè compertum habeo, num qui è promiſcua multitudine in errorẽ inducti ſunt, vel nunc demùm pſuaderi ſibi ſinant, etiamſi huius tragœdiæ exitus ſatis ſuperq́; id teſtetur, Deum præpotentem Papiſtarum preces exaudìſſe, Luteranorum reſeciſſe, quandò Dux liber euaſit, & alij in captiuitatem redacti ſunt. Porrò Luterus vt tandèm extremo opuſculo ſuo (nanq; hoc ille ferè quintũ ſuum abſoluit euãgelium) ſupremam imponat manum, ſtratiotasq́; & bellatores ad incũdum aduersùm ſummos ma-

 giſtratus

giſtratus bellū alacres efficiat, eo-
dem in libello etiam hæc addit:

Fol.F.3.

*Hoc eſt, inqt, ſolū Deū gloria ac p̄dicatione efferendū, ſoli Deo laudes grateſq́ agendas, vt qui faciat oĩa & largiatur, victoriã inprimis. Neutrū enim ille ferre poteſt, vel tentare ipſum, vel ſibi p̄fidere. Regium tenendū eſt iter, vt neq́ ad dextrã, neq́ ad ſiniſtrã deflectamus. Quiſq́s arma non arripit, cū poteſt, is nō vtitur rebus à Deo præſtitis, ideq́ ad læuam deflectit, atq́, vt dici ſolet, capitis obiectu tueri ſe vult, Deumq́ tentat: vndè fit, vt non immeritò fidenterq́ eiuſmodi hominum capita tundantur ac feriantur.*

Armate vos contra Cæſarem.

Hæc Luteri oratio ſana eſt, prorſusq́; inculpata, quaten⁹ ea ad ſummos magiſtratus, putà, Reges, Imperatores & Monarchas, non autē ad illos, q Imperatori ſubditi ſunt, refer-



refertur & accōmodatur. Siquidem Luterus ipſe ſcribit & docet, nullū principem vel dñm (qui ſublimi poteſtati ſubditus ſit, eiq́; morem gerere teneatur) alij Principi vel Domino, multo verò minùs ipſi ſummo Magiſtratui bellum iure inferre poſſe. quamobrem tū temporis impendiò neceſſarium fuiſſet diligentèr eam in curam incūbere, vtì nè ſeditioſo huic & erroneo Luteri regio itineri, quod nulli ſubdito iniuſſu ſummæ poteſtatis licet ingredi, locus vllus aut vlla fides præberetur: prçſertim animo perpendendo, eiuſmodi Luteri viã regiam (cùm haud obſcurè cum ipſo Dei verbo, cū omni iure ſcripto, adeoq́; cū ipſius Luteri, vt antè dictū eſt, cōfeſsione & doctrina pugnet) infelicē, calamitoſū, ꝓbroſūq́;

Luterus tomo 6. fol. 612. in libro, num milites ſint in ſtatu ſalutis.

ac fœdum exitum habituram.

Orat. 2. cõtra Philip. Demoſthenes ſapientia & eloquentia inſignis ait, viros prudentes ante factum conſultare ſolere, quid vel boni vel mali expectandũ ſit: ſtultos verò, poſt factum. Nam Liuio teſte, Stultorum magiſter eſt euentus. Apud nos Germanos in prouerbio eſt, Italos ante factum, Gallos in facto, Germanos poſt factum deliberare. Quod tametſi noſtræ nationi non mediocriter incommodat, ità tamen interpretandum eſt, quòd quidam ſit naturalis defectus prudentiæ, non vitiũ ab improba voluntate profectum. Triplex enim hoĩm genus in terris extare ſcribit Heſiodus hoc pacto:

Heſiod. li. 1.

*Optimus ille quidem, qui per ſeſe omnia nouit:*
*Proximus huic fuerit, qui credit recta monenti.*
*At qui nec ſapit ipſe, neq; audierit ſapientem,*
*Vilis hic nulla eſt omninò in parte putandus.*

ἄχρι⊝ ἀνήρ.

Quan-



Quandò igitur nos Germani, (puto equidem, ob frigidam regionẽ noſtram) ingenio ſumus tardiori, vt non Italorum inſtàr quæ recta & vtilia ſint, antè proſpicere queamus, debemus ſaltem ex immani calamitate & inſigni dilaceratæ patriæ noſtræ excidio diſcere, quàm ea ante annos quadraginta pr̨eclarè floruerit, priùs quàm Germanicus ꝓpheta & quintus Euãgeliſta Luterus prodiret. Et quãuis ea tempeſtate æquum fuerit, nos illud grauiſsimum Domini præceptum, quo nos iubet attendere à falſis prophetis, itemq; illud Iohãnis Apoſtoli, Probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint, non negligere, vt ante factum deliberaremus: quãdò tamẽ id factum non eſt, vel poſt factum ad hanc præpotentis Dei regulam

Deut. 13. Matt. 7.

1. Iohan. 4.



nos

nos accommodemus, qua nos inſtituit, vt rudis & ſimplex populus pſeudoprophetas à veris probè queat internoſcere, huicq́; queſtioni reſpondet: Quomodò poſſum
Deut. 18.
intelligere verbũ, quod Dominus non eſt locutus? Hoc habebis, inquit, ſignũ: Quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc Dominus non eſt locutus, ſed per tumorem animi ſui propheta confinxit.

Ad hanc normam ſi nos Luteri vaticinium exigamus, re ipſa liquidò perſpecturi ſumus, non modò vanum eum eſſe pſeudoprophetá,
Iohan. 8.
verùm etiam inſtàr patris ſui ſatanæ, immanem homicidam.

An nõ ingens ea temeritas & arrogãtia eſt, ꝙ Luterus, vt ſuprà dictum eſt, vaticinaᷣ & ſcribit, Deum Ca-


tholicorũ, quos ille Papiſtas vocat, preces pro captiuo Duce liberãdo nõ exauditurũ? Quis hoc ei reuelauit? Tum quoquè, Neminem fore, qui vel poſsit, vel auſit captũ Ducé in libertatem vindicare? Ad hæc, ſibi deuinctos dños illis cõpedibus, quos numiſma Belgicum prædicebat, neutiquàm conſtrictũ iri? Præterea bellum proximum exitus proſperos habiturum? Deniquè D. Brigidę vaticinium vanũ eſſe, ſuum verò, nempè iamtum interiturum Papatũ, nec vnq̃ ex illo interitu emerſurum, veritati conſentaneum? Hęc nimirùm Luterus in libello ſuprà nominato vaticinatus eſt. An verò is rerum euentus fuit? Minimè gentium, ſed omnia planè contraria accidêre. Non ergò DEI, vt Moiſes ait,

Luterus pſeudopropheta.

 ſed

ſed mali dæmonis hoc verbũ fuit.

Porrò etiã latronis & homicidæ loco habẽdum eſſe Luterũ, vel indè conſtare poteſt, ꝙ eius doctrina vel ſola cauſa eſt oĩm illarũ ſeditionum, bellorũ, effuſionũ ſanguinis, multigenæq; calamitatis, q̃ intra annos quadraginta in Germania extitêre. Primus liber, quẽ Luterus perturbandæ ac dilacerandæ Eccleſię cauſa edidit, de captiuitate fuit Babylonica, & Chriſtiana libertate. Quo in libro ille nõ modò antiquam, verã, Catholicã religionem, verùm etiã tum pontificium, tũ Ciuile Ius apud quoſuis vſqueadeò eleuat atq; ꝓculcat, vt nõ niſi ſeditionis concitandæ caput tum defuiſſe videat. Verùm cùm in veteri & Catholica religione plus tũ adhuc erga Deum timoris, plus er-





ga Magiſtratus obedientię, fidei ac reuerentiæ eſſet, q̃ apud Luterum, haud temerè prodire tũ volebant, qui ſuo flatu incendium, quod ille ſtruxerat, excitarent, donec tãdèm Luterꝰ ipſe anno 1523. quo ille fortaſsis ſingularem quendam ſui ſpiritûs afflatum perceperat, bellicũ canere cœpit, libro quodam in publicũ edito hac inſcriptiõe, *De ſeculari poteſtate*, vel, *Ciuili magiſtratu*: in cuiꝰ parte altera ſcribit his verbis:

In Tomo 6. Germanico, fol. 602.

*Hi ſunt Chriſtiani principes noſtri, qui fidem propugnant, & Turcos deuorant. Immò ſanè præclaros homines, de quibus tutò fidere queas, eos tam bella prudentia quippiam effecturos, dum videlicet collum præcipitio frangunt, & terras ac populos in miſeriam & calamitatem adducunt.*

*Equidem illis excæcatis principibus* ſum-

ſumma fide cõſuluerim, vt caueant ſibi à quadam perexigua ſententia Pſalmi cvj. quæ talis eſt: Effundit cõtemptum ſuper principes. Iuro vobis per Deum, ſi veſtra negligentia breuis hæc ſententia in vos robur viresq́ acceperit, actũ erit de vobis, etiamſi ſinguli ea eſſetis potentia præditi, qua Turcus: nec veſtra ſæuitia & debacchatio quicquam vobis profuerit. Iam magna ex parte res inchoata eſt. Perpauci enim principes ſunt, qui non pro morionibus vel nebulonibus habeantur: ideò nimirũ, quòd ipſi tales ſe declarent, vulgusq́ iam ſapere incipiat, principumq́ plaga vel punitio, quam DEVS contemptum vocat, iam magna vi increſcit in populo: vereorq́ nè illi poßit obſiſti, niſi principes ità, vt decet principes, ſeſe gerant, incipiantq́ rurſus ex rationis præſcripto ac modeſtè imperare. Veſtram

Cõtemptus principum.

Principes ſunt ſtulti, itaq; contemnendi ſunt.





enim Tyrannidem & libidinem, dilecti principes ac Domini, homines neq́ volunt, neque poſſunt tandèm perpeti: itaque vobis iam conſulite. Neque enim DEVS hanc diutiùs toleraturus eſt. Non eſt iam mundus, qualis olim, quãdò vos homines haud alitèr atquè feras venari & agitare ſolebatis. Faceſſat igitur veſtra temeritas, audacia, vis & potentia: detisq́ operam, vt ex æquo & bono rem geratis, permittatisq́ verbo DEI ſuum habere proceſſum, quem tamen habere alioquì & vult & debet, nec vos impedire poteritis. Si qua hæreſis hîc eſt, ea, ſicut oportet, DEI verbo conuellatur. Sin autem gladio vos agere vultis, videte nè quis exiſtat, qui gladium vos in vaginam condere iubeat non in DEI nomine.

Adhortatio ad principes.

Gratias tibi Lutere.

*Sed dicas forſitã: Si ergò inter Chriſtianos nullus debet eſſe ciuilis vel ſecularis gladius, qua ratione illi extrinſecùs in officio cõtineri ſeu gubernari poterunt? Oportet ſanè etiã apud Chriſtianos eſſe magiſtratus. Reſponſum eſto: Inter Chriſtianos nullus neq; poteſt, neque debet eſſe magiſtratus: ſed vnuſquilibet æquè eſt alteri ſubiectus, dicente Apoſtolo: Philip. ij. Superiores inuicèm arbitrantes. & D. Petro j. Pet. v. Omnes inuicèm humilitatem inſinuate. Quibus Chriſtus ipſe conſentit Luc. xiiij. dũ ait: Cùm vocatus fueris ad nuptias, vade, recumbe in nouiſsimo loco. Apud Chriſtianos nullus eſt ſuperior, dempto vno ac ſolo Chriſto. Quæ verò poteſt illic eſſe ſuperioritas ſiue magiſtratus, vbi omnes pares ſunt, & tantundem iuris, poteſtatis, facultatum, & honoris obtinent: ad hæc nullus alteri præeſſe cupit, ſed ſinguli alijs ſubeſſe volũt? Vbì eiuſmodi homines ſunt, etiamſi quis velit, tamẽ magiſtratũ qui alijs ſuperior ſit, efficere nõ poſsit, cùm natura haud quaq; ferat habere ſuperiores, vbì nemo velit neq; poſſit eſſe ſuperior. Vbì verò id genus homines non ſunt, ibì neq; germanè Chriſtiani ſunt.*

Inter Chriſtianos nullus eſt magiſtratus.

Itemq; folio proximè pcedente: *Sunt,* inquit, *mũdani principes. Porrò mundus eſt Dei inimicus. Ità ergò & illos neceſſè eſt ea facere, quæ Deo ſint aduerſa, mundo conſentanea, vtì nè inglorij reddantur, ſed permaneant mundani principes. Nè mireris igitur, ſi illi contra Euangelium ſæuiant, ac ſtultorũ inſtàr ſe gerant: ſuo enim titulo ac nomini vt ſatisfaciant oportet. Noueris autem iam indè ab orbe condito raram auẽ fuiſſe prudentem principem, multò verò rariorem, probum. Sunt illi pleriq; vel*

Tomo 6. fol. 601.

Expergiſcere Thoma Munzere.

*vel præcipui moriones, vel perditiſſimi nebulones in terris: atq; eã ob rem ſemp ab illis peſſima quæq; metuenda, parùm autem boni ſperandum eſt, idq; in cauſis præſertim diuinis, ad animæ ſalutē pertinentibus. Sunt enim illi quidam Dei carnifices & tortores* &c. Atq; mox iſta ſubiungit: *Si quis ergò princeps ſapiens, probus vel Chriſtianus fortè ſit, id inter præcipuè admiranda numerandum eſt, ſignumq; longè præſtantiſſimi diuinæ gratiæ & clementiæ erga regionem illam.*

Quæſo vos, quotquot eſtis è religione Chriſtiani, cuiuſcunq; demùm ordinis ſitis, vocatiõis veſtræ memores eſſe velitis, nec vos vlla ratiõe ad hoc Luteri pſeudangeliũ à veteri illo veroq; Euãgelio in hos abominãdos errores, ſeditioſamq; Magiſtratûs contemptionem abduci



duci patiamini. Verũ enim germanumq; Euãgeliũ planè docet, ac ſeriò iubet, ſubditos ſuis dominis, principibus & Imperatoribus, non ſolũ bonis ac modeſtis, verùm etiã dyſcolis importuniſq; tyrãnis obtẽperare. (1. Pet. 2.) Ecquid verò quintũ hoc euãgelium vaticiniumq; Luteri effecit? Nimirùm anno 1525. (id eſt, biennio poſt editum hoc ſcriptũ) Thomam Munzerum in Turingia excitauit: quem tamen Luterus ipſe, vt admodũ fide dignis poteſt probari documẽtis, apud Saxoniæ principem Electorem initiò excuſauit ac defendit, ſperans fore, vt Munzero ipſi res ex ſentẽtia caderet. (Sleidanus lib. 5.) At paulò pòſt vbi ſenſit principes magnis viribus multoque apparatu bellico inſtructos eſſe, animaduertitque in ſuam Chriſtianã liber-

libertatem (ſit venia verbo) ſtercus pluiturũ, mox ad principes ſcribẽs, hortatus eſt vt ruſticos perderent. Atq; vt re ipſa declararet euidentiſſimè, q̃ illi medullitùs & ex animo doleret hoc ipſius tam funeſtũ & cruentum cõſilium, eodem tẽpore cum virgine Deo dicata ex cœnobio abducta, præ ingenti erga illos miſerandũ in modũ ſeductos ruſticos cõmiſeratione, iucũdas inprimis nuptias celebrauit. Verùm nè principes has eius occultas, immò ſatanicas machinationes deprehẽderẽt, eodem 1525. anno aliũ edidit librũ, ſuperiori planè contrarium, cuius hic titulus eſt, Num milites ſint in ſtatu ſalutis. In eo libro ſcribit hunc in modum:

Huius meminit Eraſmus in epiſtola ad Thomam Lupſetum anno 1525.

Tomo 6. Germanico, fol. 612.

*Hîc Ius ipſum loquitur, neminẽ cõtra ſuperiores ſuos arma capeſſere debere.*



*Superioribus enim ſiue magiſtratibus obediẽtia, honor ſiue reuerentia, timorq́ debetur, Rom. 13. Qui enim ſuprà ſe ligna ſecat, in eius oculos reſecamẽta decidunt, Atq vt Salomon ait, Qui in altũ mittit lapidem, ſuper caput eius cadet. Ità planè ius ipſum ſeſe habet, à Deo ipſo conditũ ac ſancitum, & ab hoĩbus receptum. Non enim ſibi conſentanea ſunt, obedire, ac nihilo minùs rebellare: ſubditum eſſe, nec tamen ferre velle dominum.* Hæc ibi Luterus.

Hæc habẽtur Eccleſiaſtici 27.

Equidẽ oro precorq́; vt pio cuiq; hæc aut eiuſcemodi lecturo, Deus oĩpotens veritatis lumẽ impertiat, vt poſito affectu oĩ erga perſonã ſiue hominẽ, candido ac ſyncero corde ſaniſq; oculis totã rem hanc recta ſecum via reputare queat.

Luteri liber de Captiuitate Babylonica & ſeculari vel ciuili poteſtate,

ſtate, id vult atq; docet cõueniẽtèr
euãgelio ipſi⁹, nullã ſublimiorẽ, im
mò nec vllã oĩnò inter chriſtianos
vel poſſe, vel debere eſſe poteſtatẽ,
ideò videlicet, vt ſi Imperator aliĳq;
Proceres ac dynaſtę Luteri hęreſin
ꝓſeq vellent, ruſtici & ciues princi-
pes catholicos ſublimẽq; magiſtra-
tũ trucidarent. Deindè verò in alio
libro de militũ ſtatu, euangeliũ Lu-
teri iã planè cõtraria vult, putà, ob-
tẽperãdũ eſſe ſublimiori poteſtati,
non tñ bonę, ſed etiã improbę, vt-
potè cui⁹ ſit ſeditioſos ruſticos pi-
mere. Rurſus verò in libello ad Ele
ctorẽ principẽ & Lantgrauiũ aliud
ſibi vult ei⁹ euãgeliũ, nẽpe, ſubditos
aduersùm ſublimẽ poteſtatẽ armis
& apparatu bellico vti poſſe, ità tñ,
vt regium teneant iter, hoc eſt, vt
manicas cõuoluãt, in man⁹ ſpuant,
&,



&, vt ipſe dicere ſolitus erat, egre-
giè ipſos ſuos ſummos magiſtrat⁹
cędãt: atq; ſi id bellè & percõmodè
cadat, honorẽ Deo concedãt: quaſi
id in Dei cedat honorem, ſi contra
illius præceptum magiſtratus bel-
lo appetatur ac iuguletur.

Expergiſcimini ô Germani, col-
ligite vos, agnoſcite & obſeruate
clementiſsimam Dei præpotentis
viſitationẽ. Iam pulſat Dominus,
cordiſq; noſtri inquirit pœniten-
tiã, neq; id alia ſanè, quàm hac Da-
uidis regis paterna voce: Hodiè ſi Pſal. 94.
vocem ei⁹ audieritis, nolite obdu-
rare corda veſtra. Itemq; Apoſtoli,
ità dicentis: Ignoras quoniam be- Rom. 2.
nignitas Dei ad pœnitentiã te ad-
ducit? Rogemus ergò, & clame- Pſal. 79.
mus ad Dominũ: Deus, conuer-
te nos, & oſtende faciem tuam,

 &ſal-

& ſalui erimus. Tũ etiã è diuerſo audiamus vocẽ Dñi, ità p prophetam

Zacha. 1.

nos cõpellantis: Conuertimini ad me, ait Dñs exercituũ, & conuertar ad vos. Atq; vt ſolius Dei ſit honor oĩs, neq; interìm tñ quicquã boni ꝓpoſiti noſtri deſideret, modò legitimã volemus agere pœnitentiã, ea demùm lamẽtatio cũ propheta Ieremia nobis ex aĩo ſuſcipienda erit, voceq́; lugubri clamandũ ad

Thren. 5.

Dñm: Cõuerte nos Dñe ad te, & cõuertemur. Quę verò tãta impẽdet neceſsitas, q̃ nos ad eiuſmodi clamorẽ pmouere debeat? Eadẽ ſanè, q̃ prophetã illũ tam miſerè lamentari cõpulit, dum ait: Væ nobis, q̃a peccauimus. Puto eñ nos Germanos peccâſſe, & certè vel decuplò immaniùs, q̃ Iudęos illos. Quæ eſt aũt horũ ſcelerũ pœna? Cecidit corona



rona capitis noſtri. Vereor equidẽ, non longè ſecùs nobis Germanis euenturũ, niſi ad agendã ob malefacta pœnitentiã nos accingamus. Quid porrò ſequiť? Propterea mœſtũ factum eſt in dolore cor noſtrũ. Eheu nos prohdolor necdùm vnq̃ tam propè ad pœnitẽtiam acceſsimus, vt nos peccatorũ, q̃ admiſimꝰ, ex aĩo pœnituerit: ſiquidẽ in peccatis continentèr pſeueramus. Sed cur hoc? Quia cõtenebrati ſunt oculi noſtri. Quã ob cauſam? Propter montẽ Sion, id eſt, Eccleſiã Catholicã? Quid igiť illi accidit? Quia diſperijt. Eheu Dñe Deus, id apud nos Germanos nimìs q̃ verũ eſt. Alius dicit, Hîc eſt Chriſtꝰ: Aliꝰ dicit, Illic eſt Chriſtꝰ. Hic ait, Apud Caluinianos eſt Eccleſia: Alius, apud Illyricanos: Tertiꝰ, apud Adiaphoriſtas:

 Quar-

Quartus, apud Oſiádrinos: Quinctus, apud Suencfeldianos: ac ità deincèps: cùm tñ nuſquàm apud oẽs hos ea poſsit inueniri. Quid ità? Quia diſperijt, ac diſsipata & pdita eſt. Quid verò in cauſa eſt, vt Eccleſia memorata, ſanctus mons Sion tam immanitèr ſit vaſtatus ac perditus? Vulpes ambulauerunt in eo, ſcilicet, in monte Sion. Planè vulpes, id eſt, vt Ambroſius & Auguſtinus interpretantur, doloſi, fraudulenti, cauernoſis anfractibus latentes & decipientes, odore etiam tetro putentes hæretici. Hæ vulpes Eccleſiam Chriſti, ſanctum montem Sion dilacerârunt, diſsipârunt ac deuaſtârunt. Et ſimulatquè lux, quæ in hoc mõte luxit, in Germania extincta fuit, adeò mortalium oculi & pectora obtenebrata ſunt,

Ambroſ. in 9. cap. Luce, Auguſt. in Pſal. 80.

vt



vt etiam apertis oculis cæci ſint, nec animi ſui dolores ſentire queant, neq; vbì vel quomodò ipſis è capite corona ceciderit, compertum habeant.

Precetur igitur, quiſquis precari poteſt, & qui hanc Domini virgam perpeti reformidat, is fugiat, clametq; cum propheta: Conuerte nos Domine ad te: & nè ſuas ipſe partes negligat, dicat ore, & factis declaret: Et conuertemur.

Thre. 5.

Verùm quandò iuxta D. Auguſtini ſententiam, pœnitentia quæ ex fide non procedit, vtilis nõ eſt, nulla ſpes veræ ac idoneæ pœnitẽtiæ eſſe poteſt, ſicubì in doctrina fidei erret. Vt igit vulgaris Laicus de ſua fide & doctrina, quã ſequit, certꝰ eſſe queat, in vſum Reip. fragmẽtũ quoddã ex illo libello, quẽ D. Vincentius

Auguſt. de vera & falſa pœnitentia, cap. 2.

centius Lirinenſis ꝓ vetuſtate Catholicæ fidei ante annos 1200. tēporib⁹ Theodoſij Imperatoris elucubrauit, huc adſcribere, idq́ue ceu Colophonē huic opuſculo addere viſum fuit.

Forſitan requirat aliquis, ait ille, cùm ſit pfectus ſcripturarū Canon, ſibiq́; ad oĩa ſatis ſuperq́; ſufficiat, qd opùs eſt, vt ei Eccleſiaſticę intelligentiæ iungat̃ authoritas? Cui reſpōdet: Quia videlicet ſcripturā ſacrā pro ipſa ſuî altitudine non vno eodemq́; ſenſu vniuerſi accipiunt, ſed eiuſdē eloquia alitèr atq; alitèr alius atq; alius interpretat̃, vt penè quot hoĩes ſunt, tot illinc ſentētiæ erũi poſſe videant̃. Alitèr nāq; illā Nouatianus, alitèr Sabellius, alitèr Donatus exponit: alitèr Arrius, Eunomius, Macedonius: alitèr Photinus,


nus, Apollinaris, Priſcillian⁹: alitèr Iouinianus, Pelagius, Cęleſtius: alitèr poſtremò Neſtoriùs. Atq; idcircò multùm neceſsè eſt ꝓpter tātos tā varij erroris anfractus, vt Prophe ticæ & Apoſtolicæ interpretatiōis linea, ſecūdū Eccleſiaſtici & Catholici ſenſûs normam dirigat̃. In ipſa itē Catholica Eccleſia magnoperè curandū eſt, vt id teneamus, quod vbiquè, quod ſemp, quod ab oĩbus creditū eſt: hoc eſt enim verè proprieq́; catholicū, quod ipſa vis nominis ratioq́; declarat, quę oĩa verè vniuerſalitèr cōpręhendit. Sed hoc ità demùm fit, ſi ſequamur vniuerſitatē, Antiquitatē, Cōſenſionē. Sequemur aūt Vniuerſitatē hoc modo, ſi hāc vnā fidē veram eſſe fateamur, quā tota p orbē terrarū confitet̃ Eccleſia: Antiquitatē verò ità, ſi

ab ijs ſenſibus nullatenùs recedamus, quos ſanctos Maiores ac Patres noſtros celebrâſſe manifeſtum eſt. Cõſenſionẽ quoquè itidèm, ſi in ipſa vetuſtate, om̃ium vel penè oĩm ſacerdotũ paritèr & magiſtrorum definitiones ſententiasq́; ſectemur.
1. Quæſt. Quid igit̃ faciet Chriſtianus Catholicus, ſi ſe aliqua Eccleſię particula, ab vniuerſalis fidei communione præciderit?
Reſponſio. Quid itaque, niſi vt peſtifero corruptoq́; mẽbro ſanitatem vniuerſi corporis anteponat?
2. Quæſt. Quid ſi nouella aliqua contagio non iam portiunculã tãtùm, ſed totam paritèr Eccleſiam cõmaculare conet̃?
Reſpon. Tunc item prouidebit, vt Antiquitati (vel antiquæ fidei) inhæreat, q̃ prorſus iam nõ poteſt ab vlla nouitatis fraude ſeduci.
3. Quæſt. Quid ſi in ipſa vetuſtate, duorũ aut trium hoĩm, vel certè ciuitatis vni⁹, aut etiã prouincię alicui⁹ error depræhendatur?
Reſp. Tunc omninò curabit, vt paucorum temeritati vel inſcitię, ſi qua ſunt vniuerſalitèr antiquitùs vniuerſalis Concilij decreta ꝑponat.
4. Quæſt. Quid ſi tale aliq̃d emergat, vbì nihil huiuſmodi reperiat̃?
Reſp. Tũc operã dabit, vt collatas inter ſe Maiorũ conſulat interrogetq́; ſententias, eorũ duntaxat, qui diuerſis licèt temporibus & locis, in vnius tamen Eccleſiæ Catholicæ cõmunione & fide permanentes, Magiſtri probabiles extiterunt: & quicquid nõ vnus aut duo tantùm, ſed omnes paritèr vno eodemq́; conſenſu apertè, frequentèr, perſeuerantèr tenuiſſe, ſcripſiſſe, docuiſſe cognouerit, id ſibi quoquè intelligat abſq; vlla dubitatione credẽdũ.

Huc-

Hucuſquè ſanctus ille pater Vincẽtius Lirinẽſi. Optatiſsimũ q̃dẽ foret, p̃clarum hũc elegantẽq́; eius libellũ, ꝓpriè & appoſitè in vulgare trãſlatũ idioma, typis excuſum ꝓdijſſe, p̃ſertim cùm vir ille ſanctus ante 1200. annos hac de re eo pacto ſcripſerit, tanq̃ nõ ſuæ dũtaxat, ſed noſtræ etiã ætatis hæreticos, ad agnoſcendã ſynceri verbi Dei veritatẽ, frugiferamq́; agendã pœnitẽtiã paternè adhortari ac inuitare voluerit, quô ſemèl tãdèm à peccatis & hæreſibus oĩbus expediti & abſoluti, hîc q̃dem tẽporariã interìm pacẽ, illic verò vitã obtinere ſempiternã, atq; ità Deũ oĩpotentẽ æternũ laudare poſsimus. Id quod nobis preſtet recèns natus infantulus Ieſus Chriſtꝰ ſeruator noſter ꝓ gratia ſua meritiſq́; ſempiternis, Amẽ.

MODE-

## MODESTA RESPONSIO AD FERALE CARMEN LEVCORRI BVbonis, iam ſæpiùs decantatum, atque nuper recuſum.

Νυκτικόραξ ᾄδει θανατηφόρον, ἀλλ' ὅταν ᾄσῃ — Leonides de natura Bubonis.
Δημόφιλος, θνήσκει καὐτὸς ὁ νυκτικόραξ.
Plebs moritur, cantat feralia carmina Bubo:
Sed moritur Bubo, plebs vbì læta canit.
Vos canitis læti, dum veſtra venena bibit plebs,
Dumq́; perit veſtris credula turba dolis.
At populus Chriſti tandèm rediuiuus ouabit,
Vos vbì iuſta premet pœna ſecuta reos.
Quin Staphylis Staphis eſt, Siculum ſi carpere florẽ — Theocritus Idyllio λϛ
Trinacrij vatis praua libido queat.
Hæreſis at nunquàm fuerit doctrina ſalubris. — Matth. 7.
Sic nec erit Staphyle dulcis, amara Staphys.
Pergis, cùm nequeas ſuperos, Acheronta mouere,
Et magico verſu corda ferire pia.
Proditor eſt, Chriſti ſanctum qui prodit ouile, — 1. Iohan. 2.
Quiq́; rapax ſtatuit caſtra lupina ſequi.
Num prodit, qui recta ferit, diſtorta reuellit?
Iulius an Iudas iſte ſit, ipſe vide.
Eccè mihi Deus eſt teſtis, mens conſcia teſtis,
Quæ loquor, hæc credo, vera quoquè eſſe reor:
Scilicet eſſe reor veſtri noua dogmata vatis
Falſa, ſed antiquam laudo proboq́; fidem.
Quæris vt à vero falſum diſcernere vatem
Poſsim? Sic breuitèr noſtra Thalía monet:
Si quod veridico prædixerat ore prophetes, — Deut. 18.
Euénit, vates verus habendus erit.
Sic Moſes. Memini (quanuìs tria luſtra feruntur) — Anno 1545.
Cùm nobis quidam tale nomiſma daret. — Belgici nomiſmatis
Nam geminas à fronte baſes hic nummus habebat, — deſcriptio
Hæc tiaram Regis, Cęſaris illa tulit. — & epigrãphe.
Has inter (mirum) duo ferrea vincla fuerunt,

Et

Et carcer, gemino pœna parata duci:
Indè biceps volucris gladijs armata duobus
Stabat, & vlta tuum eſt perfida Virgo nefas.
Tu quia perfidiæ nomen crimenq́; gerebas,
Perfidiæq́; feras vulnera facta tuæ.
Hæc adeò penitùs cura vidiſſe ſagaci
Ex pſal.149. Ex Dauide iuuat, ſic vbi Dauid ait:
Alliget vt reges fatali compede vinctos,
Vindicet & gentes vltio iuſta malas.
Iſta quidem veri, ſed falſi hæc ſigna prophetæ,
Deut. 18. Si res prædictum nulla ſecuta probet.
Luterus in lib. ad Elect. Saxo. & Lātgra. Omnia ſalua, Luterus ait, clademq́; futuram
Extenuat verbis, pręcipitatq́; duces.
Veriùs at noſter: Vos ferrea vincla tenebunt,
Dixit: quin tenuit carcer vtrunq; ducem.
Hęc an vera loquar, ſeu falſa, redargue: pręſtò
Iudicium fuerit, vera licere loqui.
Aut hæc eſſe nega malè ſani ſcripta Luteri,
Aut, hæc cùm doceat, recta docere proba.
Hoc ſi fortè voles, te mox euenta refellent:
Anni 1547. 24. dies Aprilis, & 19. dies Iunij. Sin illud, veſtris edita ſcripta typis.
Diſcite Germani, Vatem cognoſcite veſtrum,
Vnius exemplo cętera cuncta patent.
Non mox ſunt veri, quos creditis eſſe prophetas,
Matth. 7. Sæpè trucem texit pellis ouina lupum.
Intereà mores non laudo malos, nec abuſus,
Tempora quos ſpecie relligionis alunt.
Matth. 13. Sed nos zizanium Deus hoc tolerare volebat,
Non bona cum lolijs perdere grana malis.
Tit. 3. Hæreſin ille iubet nos deuitare vel inſtàr
Peſtis, quæ totum perdit ouile ſimul.
Reſtat vtrùm malis lolia, an contagia peſtis,
Cùm Deus iſta vetet, ferre ſed illa velit.

FINIS.

ERRATORVM, quæ obitèr inter edendum partim Interpreti, partim caſtigatori typographico exciderunt, CATALOGVS.

Pro quo faciliùs & ſuccinctiùs intelligendo, meminerit lector primo quoque numero indicari folium, ſecūdo paginam, latam columnam aut ſuperficiem: tertio, verſum aut lineam: indè ſequi aut breuiſſimè innui lectionē ſynceram.
Hoc animaduerſo, & caſtigatis in Opere ipſo numeris foliorum his, 49 50 51 52 53 54 55 56 91, facilis & expeditus erit ſequentium intellectus.

Fol. 7. pag. 2. ver. 17. mentū, rurſus ex me idem accipient reſponſum, illos 9. 1. 9. extremum 18. 1. 8 approbauerit. 28. 2. 11. verbum & 55. 1. 16. Euangelicorū Eccleſiaſtarū 72. 1. 5. dit, ratione vtatur, 73. 1. 7. ieſt. ab intimis conſilijs, ità 90. 1. 10. rimè iubent. 92. 2. 20. riſſimis filiabus ſuis ea 101. 2. 15. & 16. vllos eſſe hæreticos, vllas hæreſes, vllam in 121. 1. 4. non eſt, 131. 2. 6. ta inter Luteranos extare 133. 1. 18. adeoq́; vt 137. 2. 10. Eccleſia 179. 1. 22. aum 184 2. 7. abolita



7. leges canonum institutiones 78
divinae non humanae 79
unitas in fide narratur 10
Polycarpo ad exemplum hereticis 131
omnibus et vellet evangelio [illegible]
hereticorum quem peccat ut 132
iudei et schismatici 133
maximus heresiarcha mar 134
tinus lutherus
infausta proles lutheri et 136
cathalogus heresium et here 137
ticorum ab eo emanantium 155
calvinus manicheus et arrianus 156
commista
articuli in quibus sua sibi 158
lutheri sunt contrarii
loca in quibus hieronimum aut veritatem 159
nescit scripturam literam 160
horrende confusio arcanae et 166
divisio apud sectarios
ne cessitas et subsequenter superio 171
rum auctoritas probata 176
sanctam quam fides per duces separare
nulla tam ferre non potest
petrus vatinius aquilonem
vientes omnes divina 177
[illegible] 178

ora si pdis famā (melius) 4
aiaz suare menda
in scriptis diuinis duo pstanda 10
hilarius 2° de tri. de intelligentia heresis est nō de scriptis 11
regula utilis q. in xpho ob 16
suare cōsistit 17
sordes lutheri 21/22
mala opa catholicorum ad
psonas nō ad doctrinam referenda 25
reda sceus hereticorum
uti xpa doctrina a falsa quean 25.4
internosci 29
que dona xi casti eos 30
dedit hoibus
questio necessaria quomodo scrip 40
tura diuina sit exponenda 41
dino catholica sit de eadem 43
et germana intpretatione 44
scripture diuine
·107· philes sils cāpanie aut ualis 48
preclarus cuiusdam iuuenis docti 50
in notatu dig. plaiā nō 71
tractes scripta diuina 7

lutheri similitus
multas magis est [illegible] 19
euenius itali aut facti 194
galli in facto generum
post factum consulunt
hispani consulunt nō
faciunt q2 fieri sepe
in consilio consumunt